BARTHOLOMÆI ROMVLEI Florentini Clarissimi Iureconsulti in Academia Ingolstadiensi Legum Professoris Primarij.

SVMMA DE PACTORUM ac conuentionum fontibus, Et data fide seruanda, In Rubrum. C. de Pactis.

Cum Gratia & priuilegio Imperiali.

INGOLSTADII EXCVDEBAT
Alexander Vueissenhorn.

M. D. LXVIII.

QVAE TARDE CRESCVNT



DIV DVRANT.

REVEREN-
DISSIMO IN CHRI-
STO PATRI AC ILLVSTRIS-

ſimo Principi ac Domino, Domino VI-TO à VVYRTZBVRG, Eccleſiæ Babenbergenſis Epiſcopo longe digniſsimo ac fideliſsi-mo S. D.



ARCVS *Tullius Cicero Oratorum inter Latinos ac Philoſophorum facile Princeps, dixiſſe fertur, Illuſtriſsime Præſul, nihil amabilius eſſe uirtute, ni-*

bilq; quod homines magis ad diligendum allicere, et omniũ quasi oculos in se conuertere soleat. Id quod nemo sanus negabit. Allicit uerò quasi per gradus: Per se enim uirtus omnibus expetenda, pulchra & formosa est, qua ex omnibus rebus humanis nihil homini gratius atq; iucundius esse debet, quæ sola efficit ut mortui uiuamus, non ea quidem uita, quæ hoc mortali continetur corpore, sed quam posteritas intuetur, ipsa excipit omnium seculorum æternitas. Hæc quidem per se plurimum ualet. Sed si proponas clarorum uirorum exempla, qui uirtuti studuerunt, à quibus, ut qui ipsi in laude uixerunt, uera laus, ut inquit Cicero, proficiscitur,

ciſcitur, illa, inquam, exempla paulò uehementius mouere atq; allicere poſſunt, præſertim ſi præſentia & noſtri ſeculi exempla nobis proponamus, tunc intellectus in rem præſentem ductus maximopere afficitur, & uirtutis ingens cõcipit deſideriũ. Quid multis? Nonne efficit uirtus, ut ſæpiſsimè eos propter uirtutem, quos etiam nunquam uidimus diligamus atq; amemus. Ille autem uirtutis amor ingens & magnus, multò magis augetur, ſi uiuam hominis non ignoti uirtutem atq; ſummam probitatem conſpicimus ac conſideramus, Cuius quidem uirtutis & ueræ probitatis V. C. ſemper ſtudioſiſsimam fuiſſe, in eaq; nobis præſentiſsimum exemplum proponi omnibus eſt notiſsimum, etiam

ijs, qui T. C. nunq; uidere potuerunt, nec non mihi heroicæ uirtutes ueſtræ idipſum iam dudum perſuaſerunt. Poſtquam enim annis ſuperioribus Clariſsimus atq; Doctiſsimus Vir D. Henricus Rauchdorn I. V. D. Veſtræq; C. Cancellarius fideliſsimus, multiq; alij, illas uirtutes maximè prædicarunt, & condignis laudibus celebrarunt, me omninò in V. C. admirationem, & uidendi cupiditatem ſummam pertraxerunt. Quod ſi tanta uis ſcribendi mihi foret, ſi Ciceronis Eloquentia, ſi Demoſthenis facundia ſi periclis curioſitas, ſi centum Poëtarum linguæ, Virgilijq; ferrea uox, quam quidem illæ T. C. Virtutes, & diuini animi dotes merentur, conarer certè illud

tè illud uirtutum ſummarum agmen, imò ceu ſpeculum illarum citra ullam aſſentationem proponere. Sed nullius eſt tantum flumen Ingenij, nulli dicendi aut ſcribendi ea uis & eloquentia, qui non dicam exornare, ſed enarrare tantum poßit, Princeps Illuſtriſſime, uirtutes T. C. & ſummam qua cæteros Epiſcopos antecellit eminentiam atq; ſublimitatem. At tua ſublimitas nullius, nedum meos calculos expoſcit atq; flagitat, cum etiam ei uniuerſum applaudat theatrum. Porrò innumera inter dona, quæ T. C. uirt9 Deo præſide parauit, id non eſt poſtremum, quod ſcilicet illa T. C. Pontificij muneris non immemor, & flagrantißimo

 in

in Deum amori, egregiam etiam optimarum et sacrarum literarum summam cognitionem adiunxerit, Non grauatur tamen interim res etiam humanas illarumq; curam & suscipere & sustinere, idq; potissimum agit, ut solita, qua est in omnes, charitate, omnibus subueniat, hos nimirum docendo, bonoq; exemplo praeeundo, illos exhortando, atq; increpando, nec non sontes & reos puniendos. Cumq; ad hoc postremum Iuris disciplina T. C. necessaria sit, & usui permagno cedat, ita rem T. C. temperat, ut nemo non libenter illi pareat & obtemperet. Quae quidem cura sine dubio, prudentissimum certissimumq; T. C. iudicium usq; adeo non nunq̃ sollicitat, ut cogatur etiam ad

Iuris

Iuris Pandectas, & pulcerrima I. C. oracula recurrere. Atq; utinam ij fontes sufficerent (ut reuera sufficiunt) nec quorundam impudentia turbarentur, quod quidem hoc tempore nō rarô fit, ut omnibus constat. Nemo enim est, qui ignoret, quanta in hoc insigni studio glossatorum atq; commentatorum sylua sit congesta, ut tandem eò res redierit, quòd interdum pulcræ materiæ, quamuis difficiles, quæ certis aliâs, atq; pro rei conditione breuibus doctrinis absolui potuissent, caligine non solum disceptionum, sed multarum etiam rerum impertinenti tractatione, sunt obductæ. Accedit quod illi scriptores sæpius non tam ad discipulorum captum atq; utilitatem, quàm ad uanam

propriæ Eruditionis ostentationem respiciunt, & ita ingenia aliàs bona & generosa ab hoc insigni studio Iurisprudentiæ, sine quo nulla Respub. nulla unquam communio consistere potest, miserè deterrent, illaq; eo tempore, quo (ut Fabius inquit) præcipuè alenda, atq; indulgentia quadam enutrienda essent, asperiori rerum tractatu atterunt, ut desperati ætatem sicut optimam ita fugacißimam frustra præterlabi sinant, cum licuisset interim alia quædam magis utilia cognitu perdiscere. Spero autem & planè confido, hunc meum Libellum tractantem utilissimam materiam de PACTIS, *neq; non de fide præstita seruanda, tàm inter Principes, quàm Priuatos, &*

homines

homines ad seruandam fidē admonentē cū graue hoc sit apud mortales fidē fallere, cōtra Ius Naturale, Gentiū diuinū atq; humanū, Tyronib. in hac Ciuili disciplina uersantibus non ingratū neq; inutilē futurū, in quo libello crassiori, Minerua, prætermissis superfluis altercationib. opinionumq; fluctuationib. maximè notatu digna tracto et explico. Quamuis aūt non ignoro, T. C. studijs nō indigere meis, Visum est tamen mihi operæpreciū me facturū, si deuoti erga T. C. animi mei conatum aliquo signo declararē, meq; hoc modo illi insinuarē præsertim, cū mihi optimè constet T. C. fidelis et beneuolus erga studia, et illorū studiosos, animus, imò quod ea ueluti præcipuū quoddā et tutelare asylū

curam

curam studiorum defendorum libenter suscipiat atq; sustineat. Ratio autem cur T. C. hanc meam de Pactis materiam, offeram, uel ea potißimum me audaciorem reddit. Cum sciam illam T. C. fautricem, ut dixi, studiorum esse, et hoc modo facile sperare poßim uestri nominis splendore & authoritate me facilè ab iniuria calumniantium & obtrectatorum defensum iri. Non enim omnibus placere possumus, atq; ideò aliquos futuros esse non dubito, qui, ut facilius est, quod alius extruit, demoliri, quàm melius extruere: Ita non indiligentes labores meos repræhendant citius, quàm melius aliquid edant. In qua re dum mihi cõtra Zoilos V. C. Præsidium affert, rem omnibus

nibus

nibus principibus dignam faciet. In nulla enim alia re uirtutis maius specimen elucet, quàm si Principes optima studia promouent, eorum cultores fouent, & gratia beneuolentiaq; eos prosequuntur, quibus uirtutibus omnibus T. C. optimè ornata atq; prædita est. Vt igitur Reuerendissime & Illustrissime Princeps tandem huic meæ Epistolæ finem imponam, ille meus de Pactis Libellus, læto gradu plenaq; fiducia ad T. C. properat, quam eo uultu, ea mansuetudine & lenitate, uestra Reuerendissima & Illustrissima Celsitudo, suscipere dignetur, qua solet uel gratissima, uel ab Addictissimis clientibus oblata munera acceptare.

re. Equidem ea ſpe hoc meum tenue opuſculum T. C. offero, hocq́ in eius fidem & Clientelam trado, ſperans V. C. non muneris exiguitatem (Exiguum enim eſt, ſi donatarij ſpectemus eminentiam) ſed donantis animum ſibi proculdubio deditiſsimum, mente liberali æſtimaturam. Nam ut Plinius Auunculus ſcripſit, & Dijs ipſis lacte ruſtici, multæq́ gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura, nec ulli fuit uitio Deos colere quoquo modo poſſet. Hiſce Reuerendiſsimam V. Paternitatem Deo Opt. Max. trino & uni commendo, qui protegat & tueatur T. C. ut diu ſalutari guberna-

tioni

tioni & defensioni doctrinarum, & publicæ pacis supersit, & feliciter ualeat. Ingolstadij, Anno Salutiferi partus 1568.

V. C.

Deditißimus

Bartholomæus Romuleus I.V.D. Legum Ingolstadij Professor Primarius.

PHILIPPI MENZELII
Poëseos Professoris
Carmen.

MActe senex, docto cuius sub pectore Leges
Mille sedēt, geminiq; potens sapientia Iuris
Hoc uelut est inclusa penu, Sic consule famæ,
Consule uenturo scriptis uiuacibus æuo:
Sudatosq; die, uigilatos nocte labores
Effer, & à tergo transcribe sequentibus annis.
Diuitias alius fluxo, sine, construat auro,
Addat opes opibus, prouentibus horrea uincat,
E gemmaq; bibat, Tyrioq; indormiat ostro:
Sit tibi curæ aliud: Tu, Florentine, memento
Aeternis inhiare bonis, componere gazas
Funeris expertes, librisq; extendere uitam
Terra rapit, quod terra parit: Rubigo metallum
Attenuat, longumq; adeò fert omnia tempus,
Ingenij præter fœtus, qui, semine creti
Aethereo, soli sunt extra spicula mortis,
Præcipuè si quos aluus materna profudit
Sanguinis, & succi plenos, partuq; cadentes
Haud festinato. Viden', ut plaudentibus alis
Omne latus mundi tua gloria peruolet? utq;
Transcendat nubes, & cœlum uertice tangat?
Iam iam Musarum sedes, arx ferrea Martis,
Romani domus Imperij GERmania magnis

Te uehit elogijs: iam suspicit, admiratur,
Testaturq; tuos Italus, Gallusq; libellos,
Atq; magis nostro diuisus Iberus ab orbe,
Res dubitata graui si quando authore tuenda.
Fama quidem uiuos alias fugit, eq; sepulchro
Nascitur, & iustam minuit præsentia laudem,
Nec bona, quæ præstò, sed quæ sublata, sitimus:
Te tamen ante diem fati, & uitale resectum
Stamen, in excelso locat, ac dignatur honore,
Fertq; per ora uirûm. Quid non à funere speres?
Ergo tuum iactes, Hetruria mater, alumnum,
Ingenijs fœlix Hetruria, & Italiæ flos:
Tuq; Ducum splendor, priscis Heroibus æque,
Cui famosa suum quondam Florentia sceptrum
Obtulit, accipiens Dominum ceruice lubenti,
COSME, faue Ciuiq; tuo, laudumq; tuarum
Præconi egregio, stimulisq; tenacibus urge,
In uulgus manare sinat, quæ digna cupresso
Plurima, digna cedro nonum supra abdidit annum.
Id magis ut credas, ab eadem incude profectum
Hoc tuearis opus fructu, non corpore, magnum,
Quo Cõuenta hominum, quo mutua Pacta coluntur,
Atq; Fides nostro res uix benè cognita seclo,
Non fallenda fides, ut eam promiseris hosti.
Hæc, precor, inspicias, totumq; ex ungue leonem
Noueris, & solita foueas pietate Clientem,
Cuius multa tuum gestabit pagina nomen.

In

IN DOCTISSIMAS *lucubrationes de Materia pactorum Clarissimi, atque Doctissimi uiri, Domini Bartholomaei Romulei, Florentini, I. V. D. &c.*

Carmen.

Ottonis Reinholdi Somerodensis.

SI te delectat pactorum noscere fontes,
Quid tibi conducant illaque scire cupis.
Haeresis, an latroque fidem mereamur, & hostis,
Explicat illustri subtilitate liber.
Hunc igitur memori lector fac mente recondas,
Propositi exiguo tempore uictor eris.
Scilicet eloquio cumulatus, & arte loquendi,
Romuleus monstrat quidlibet unde petas.
Abdita de pactis tibi tradit tramite recto;
Quicquid in his Baldus, Bartole quicquid habes.
Hinc pete non uani compendia recta laboris,
Et facilem dices docta iuuenta uiam.
Tu quoque cui longum mentum tegit aspera barba,
Inuenies hic quae te quoque lecta iuuent.
Omnia de puris dimanant fontibus, & quae
Egregia passim laude notanda putes,

Tum solidis adeò rationibus omnia fulcit,
Vt carpi, Momo iudice, posse neges,
Ingenij mirè felicis acumine, quid non
Differit argutè, perspicueq́; docet?
Candidus, & tersus leni fluit agmine sermo,
Multus ubiq́; nitor, multus ubiq́; lepos.
Tunc quando dignus sese offert uindice nodus,
Hic ubi doctorum cætera turba ruit.
Hunc etiam facilè decidere protinus autor
Noster permira dexteritate solet.
Hæc magno præstas cum Bartholomæe labore,
Non unquam poterunt hæc tua scripta mori.
Namq́; tuum ingenium nouit, studiumq́; probauit
Roma prius, nunc id Teuto benigne probas.
Magna etenim de te rumor præconia fecit,
Nullaq́; doctrinæ nescia terra tuæ est,
Credis & hoc nobis, minor est tua gloria uero,
Famaq́; doctrinæ penè maligna tuæ est.
Atq́; tua hæc dico facundia principe digna est,
Eloquio tantum nobilitatis inest.
Perge age perge tuis scriptis prodesse iuuentæ,
Sic tibi Pierides Carmina docta canent.
Sicq́; tuum nomen toto celebrabitur orbe,
Dum cœlum stellas, dum uehit amnis æquas.

Carmen

b 3 IN 263

IOANNES A GEY-
lenkirchen Iuliacensis, discipulus, Lectori S.

MArtia qui bello fœliciter arma capeßit
Et spolium cæso uictor ab hoste refert,
Publicitus meritos aufert laudatus honores,
Exemplo fortes quod monet esse suo.
Manlius inuictos Senonas Iouis arce repreßit,
Hinc Capitolini gens ea nomen habet.

Ille

Ille quod elatum Gallum torque exuit aureo,
Torquati semper nomine clarus erit.
At qui Romuleo nostro debentur honores,
Quem dedit Istricolis Thuscia diues opum.
Tædia militiæ perpessus longa togatæ,
Eximio Bauaras auxit honore scholas.
Quæ, tanquam priami Græcos eiecit in urbem
Ille dolis Ithaci consabricatus equus:
Sic mille effundunt illustria fulmina legum,
Ausonidum, tanto iura docente uiro.
Iustitiæ leges, & sacri oracula iuris
Pandit, inaudita dexteritate docens.
Et quibus eludas hostes rationibus æqui,
Ingenio præstans iste Magister habet.
Non uelut amißis sonipes uagus errat habenis,
Sic fertur methodi nescius ipse suæ.
Cuncta sed illustri perstringit & ordine certo,
Et cœptas memori temperat arte uias.
Perfecte breuis est, nec inani copia abundans,
Melliflua doctus uoce mouere suos.
Nec solum dum uita manet, facit utile multis,
Discipulis dictans iura profunda suis.
Quin etiam nullo morituris tempore donat
Arte laboratis postera sæcla libris.
En tibi pactorum prælo subiecta rubrica,
Ceu clauis reserans abdita iura, datur.
Quid moror? ante diem componat uesper olympo,
Quam laudes hominis dinumerare queam.

Ergò ſacerdotem iuris tot luſtra docentem,
Boia, perpetuo quem uenereris, habes.
Huic minio titulos, & cedro nomina ſignes
Emeriti poſcit militis illud honos.
Non etenim Pallas mauorte ingratior unquam
Cultores tenebris implicat illa ſuos.
Tu quoq; iuſtitiæ ſacris addicta iuuentus,
Huc ades, & penetres hoc duce iuris iter.
Scilicet ut perhibent ſolertia fila ſecutum
Theſea Dædaleos exuperaſſe dolos:
Sic tibi Romuleus, ne lubricus error euntem
Fallat inexplicito tramitie, fila parat.
Hunc ſequere, hunc paßis quin colligis obuius ulnis?
Hoc tibi doctrinæ fonte parabis opes.
Tuq; uerende ſenex, legum coryphæe ſacrarum,
Deſine ſollicito te macerare metu.
Ante rotis etenim conuerſis currere Solem,
Aut Iſtrum uideas in caput ire ſuum:
Quam te poſteritas memori grata eximet æuo.
Perpetuo ſtabit nomen honore tibi.

Carmen numerale.

VIX CanIs Vſta poLI ſpLeDente reCeſsIt ab (aXe.
AVthor VbI LVCI rettVLIt IſtVD opVs.
SVMMA.

SVMMARIVM EORUM QUÆ IN HOC LIBRO TRACTANTUR.

1.
COmmendatio Rubricæ de pact.

2. Conuentionis uerbum latiſsimum eſſe, Et latius etiam quàm uerbum promitto.

3. Plurimum referre an Notarius dicat in inſtrumento: Hoc acto & cõuento. An uero: Hoc promiſſo.

4. Fortunij ſententia, negantis in uerbo promitto in inſtrumento contineri ſtipulationem, reijcitur.

5. Decij ſententia extendentis uerbum cõuentionis etiam in Iudicijs non denotare ſtipulationem, damnatur ab Autore, licet poſtmodum defendatur.

6. Disputatio de uerbo conuenire & uerbo promittere.

7. Disputationis illius reconciliatio per autorem.

8. Apud Italos cessare has disputationes cum in Instrumentis per Notarium semper interponatur stipulatio.

9. Non propter consuetudinem, omissam stipulationẽ præsumi, contra nonnullos.

10. Quid sit pollicitatio.

11. Quomodo distinguatur à pacto difficile est docere.

12. sententiam contra DD. omnes inter præsentes considerari pollicitationem non ut pactum, uti ueriorem autor tuetur.

13. Quorundam recentiorum sententia per autorem reprobatur.

14. Decij sententiam etiam inter præsentes

sentes uerificari pollicitationem nouis rationibus Autor comprobat.

15. Verba generaliter prolata absque alicuius interrogatione non obligare offerentem.

16. Posita communi sententia, ut inter absentes consideretur pollicitatio, ea declaratur.

17. Quæ utilitas disputationis, An sit pollicitatio uel pactum.

18. Prima utilitas huius inuestigationis est, ut in quibus casibus nascitur Actio ex pacto nudo, in ijsdem nascatur quoque ex pollicitatione.

19. Secunda utilitas est in donatione causa mortis.

20. Tertia utilitas apparet in Iuribus municipalibus disponentibus de Pactionibus, ut locum habeant

in ue-

in ueris & non præsumptis.
21. Quartus effectus si à lege uel statuto alicuius requiratur consensus, intelligamus de uero consensu.
22. Tutoris consensus uerus & non præsumptus esse debet.
23. Quinta utilitas propter ius Cano. ex pacto nudo.
24. Sexta utilitas, quia pactum nudũ parit soluti exceptionem, secus in pollicitatione.
25. Septima utilitas propter fideiussoris accessionem.
26. Octaua propter constitutum.
27. V. Naturalis obligatio nascatur ex pollicitatione?
28. Pro parte Negatiua Argumenta.
29. Pro parte Affirmatiua argumẽta.
30. Noua consideratio ad definitionem traditam per I.C. in pollicitatione.

31. Re-

31. Responsum ad argumenta adducta pro parte Negatiua.

32. Confirmatio per autorem communis sententiæ, ex pollicitatione scilicet non nasci naturalem obligationem.

33. Responsio ad argumenta adducta contra communem sententiam.

34. Doctorum reconciliatio in dicta quæstione.

35. Quibus casibus ex pollicitatione nascatur efficax actio.

36. Primus casus est quando quis pollicitus fuisset Reipublicæ.

37. Secundus casus, quando Deo ꝑmissio facta esset.

38. Tertius casus est si quis Reipub. uel municipibus pollicitus esset ædificare & incepisset.

39. Quartus casus fauore piæ causæ.

40. Quintus casus in Voto.

41. Sextus casus quando pollicitatio apposita foret alicui contractui siue bonæ fidei, siue stricti Iuris, quia cohærentis contractus uestirentur.

42. Septimus casus est in causa dotis secundum Alciatum, cuius sententia per autorem reijcitur, Licet in uno casu posset procedere.

43. Octauus casus est propter rei traditionem.

44. Nonus casus est de Iure Canonic.

45. Decimus accedente Iuramento nouiter.

46. Respondetur nonnullis obiectionibus ad prædicta.

47. Vndecimus casus si à Principe facta fuisset pollicitatio.

48. Principem decet ſtare dictis & promiſsis.

49. Præſertim in promiſsionib. per uiam contractus.

50. Duodecimus ſit caſus in Illuſtrium & nobilium pollicitatione.

51. Decimus tertius ſi coram Principe.

52. Decimus quartus caſus in Mercatorum curia.

53. Pollicitationis uerbum in Inſtrumento prolatum licet non denotaret ſtipulationem, ſicut uerbũ promitto, Tamen nudam pactionem ſignificaret.

54. Alciati ſententiam contra dicentis autor reprobat.

55. Vtilitas infertur ex prædicta diſputatione.

56. Conſtitutum quando dicatur.

57. Quæ

57. Quæ ſit ratio cur conſtitutum fieri poſsit pro naturali debito, Et pro ciuili & naturali ſimul, ſecus ſi pro ciuili tantum.

58. Quorundam ſententia ut conſtitutum ita locũ habeat quando quis pro ſe, uel pro alio conſtituerit ſe ſoluturum ſcienter, ſecus ſi ſciebat ſe non teneri, quia tunc non eſſet conſtitutum ſed donatio.

59. Damnatur eorum ſententia per autorem.

60. Conſtitutum requiritur ut ex interuallo fiat, ſecus ſi incontinenti.

61. Prædictam differentiam Autor non probat.

62. Quæ ratio ſit cur lex tam ſtrictè mandauerit, ut efficax obligatio naſceretur ex conſtituto.

63. Obligatio naturalis geminata producit obligationem.
64. Ias.in Rubr.de uerb.oblig. DD. rationem damnat & aliam adducit.
65. Vtrum pactum geminatum inducat constitutum?
66. Vtrum duo pacta nuda producant efficacem obligationem?
67. Pro sententia affirmatiua argumenta.
68. Virtus & robur actuum geminatorum.
69. Ratio cur ex pacto nudo non detur actio.
70. Iutellectus L. si pacto quo principia, C. de pact. Et L. si ueritas. C. de fideicommiss.
71. Vtrum constitutum & fideiussio unum & idem sint?
72. Differentiae inter constitutum & fideiussionem.

73. Prima est quod constitutum nudo pacto fieri potest, secus fideiussio, quæ omnino requirit stipulationem.

74. Secunda differentia est quod cõstitutum requirit aliquid debitum inesse: fideiussio uerò sub conditione debiti futuri fieri potest.

75. Tertia differentia est, quod fideiussor omni obligationi accedere potest: Constitutum uerò Ciuili tantum obligatione præcedente non potest confici.

76. Quæ sit huius differentiæ ratio, cum DD. non tradant, author conatur rationem adducere.

77. Quarta differentia, quòd fideiussor non potest in duriorem caussam accipi, secus in constituto.

78. Pactorum materiã in plures partes author diuidit.

79. Pacti definitio tradita in duobus locis per Vlpian. à Doctoribus & Glossatoribus obscuratur, & hoc propter mendosos Codices, sed per Pandectas Florentinas elucescit.

80. Damnatur ab authore Isidori definitio seu pacti descriptio.

81. Præsupposita Etymologia uocabuli pactum à pace dici, licet Alciat. & Galli dissentiant, Infertur ad quæstionem, Vt si in instrumento pacis initæ inter aduersarios diceretur, Pactum initum fuisse, intelligeretur factam esse pacem.

82. Item infertur ad Iura municipalia mentionem facientia de pace, si partes fecissent pactum, satisfactum foret statuto.

83. Ferretus uerò noster dissentit, cuius sententia ab authore non recipitur.
84. Si quis remisisset iniurias non excluderetur petere damna & interesse.
85. Pactum initium suscepisse à Iure naturali.
86. Contractus uerò à Iure Gentium.
87. Actiones non simpliciter esse de Iure Ciuili.
88. Principes tenentur seruare contractus cum à Iure gentium proueniant.
89. Duplex naturalis obligatio.
90. Contractus dicuntur simplices et correspectiui.
91. Exempla poni possunt.
92. Hinc disputatur, utrum stipulatio sit proprie contractus.

93. Qui ſint contractus innominati, et quot, quęritur, et indiſtinctè quatuor eſſe perperam DD. aſſerere.

94. Pactum à Lege pluribus modis conſiderari.

95. Pacta omnia de Iure Gentium parere efficacem obligationem.

96. Hoſti ſeruandam fidem.

97. Hæreticis fidem & ſecuritatem ſeruandam eſſe.

98. Immunitas conceſſa hominibus certi loci extenditur ad Iudæos.

99. Defenditur ſententia Hæreticis ſeruandam fidem.

100. Fides publica maximè ſeruanda legatis hoſtium.

101. Legatis ſeruandã eſſe fidem inuiolabiliter.

102. Cur ſancti dicantur Legati.

103. Perfidorum nonnulla exempla.

104. Responsio authoris ad obiecta, quo ad hæreticos.
105. Principum gratiæ & priuilegia latissimè interpretanda.
106. Salui conductus securitas inuiolabiliter seruanda.
107. Cur ad principem magis spectet, quàm ad priuatos, seruare fidem.
108. Deus si contraheret, obligaretur.
109. Prætor dans saluum cōductum uel securitatem, An postea delinquentem posset punire.
110. Iudex debet esse subtilis indagator ad ueritatem aperiendam.
111. Etiamsi iurasset prætor nihilominus posset punire.
112. Iuramenta non sunt seruanda contra publicam utilitatem.
113. Saluus cōductus accedendi utrū comprehendat redeundi licētiam.

114. Regula: Vno concesso, aliud necessarium ad illud concessum intelligitur.

115. Tutius est exprimere in securitate licentiã accedendi & redeundi.

116. Et licet in securitate concessa sit accedendi solũmodo facultas, subintelligatur et redeũdi, qđ procedit circa personas, non res & merces.

117. Securitas accedendi, quàm diu duret.

118. Pontifex concedens Cardinali testandi facultatem, non censeatur concessisse potestatem Codicillos conficiendi.

119. Dispensationes sunt odiosæ.

120. Regula est, quod lex loquens simpliciter de primo actu intelligatur.

121. Facultas emendandi libellum de prima uice intelligitur.

122. Papa alicui concedens bona Ecclesiæ dandi in Emphyteusim, pro prima uice intelligitur.

123. Moguntini cuiusdam Antistitis fallacia.

124. Cessarent prædicta, si in concessione dictum foret, toties, quoties etc.

125. Pactum de Retrouendendo, licet secundum DD. crebriorẽ sententiam, spacio 30. annorum præscribatur, & à Spirensi Iudicio reijcitur.

126. Tamen locum non haberet, si dictum foret: toties, quoties.

127. Item non procederet si tacitè constaret ex uerisimili mente concedentis.

128. Nec si potestas data esset per uiam legis.

129. Noua quæstio si data fuisset se-

curitas

curitas usque ad certum tempus, & infra illud tempus carceri intrusus, impeditus fuerit recedere, utrum sit puniendus reus.
130. Princeps debet subditis seruare fidem.
131. Fœdifragorum pœna & ultio.
132. Casus in quibus fides non est ser uanda. Et primus si de rebus illicitis præstita fuerit.
133. Secundus casus, si securitas data fuisset pro debito ciuili, & iuramen tum accessisset.
134. Tertius casus quando prius uio laretur alicui fides.
135. Vasallus domino qui non ser uat sibi fidem, uicissim nõ tenetur.
136. Quartus casus quando à iure per missum foret.
137. Studiosus iurans nõ egredi ter ritorium Ingolstadien. se propter

Creditores, posset nihilominus si à parente uel superiore auocaretur.

137. Iuramentum non adstringit Iurantem ubi consensus deficit.

138. Quid sit Pactum nudum, relatis pluribus sententijs.

139. Autor declarat planè quid sit pactum nudum.

140. Nullum esse hodie contractum Innominatum, propter Notariorũ consuetudinem.

141. Vbicunque accedit Legis autoritas, non dicitur pactum.

142. Intellectus geminus ad L. Iuris gentium, §. Igitur nuda pactio, de pact.

143. Nudarum conuentionum seu pactorum effectus.

144. Primus est effectus ut pariat soluti exceptionem.

145. Secundus, ut pariat compensationem.

146. Tertius effectus ut in terris Ecclesiæ uel ubi seruatur ius Pontificium, nascatur efficax obligatio.

147. Quartus effectus est, ut in foro Poli quis teneatur.

148. Quintus effectus ut constituto locus sit.

149. Sextus effectus ut si sit geminatum, nascatur efficax obligatio.

150. Septimus est pacti nudi effectus de non petendo, ut pariat Liberationem per uiam replicationis.

151. Pluribus casibus pactũ nudum, licet secundum Regulam non producat Actionem, solet parere exceptionem.

152. Exceptio de iure Canon.

153. Inter simplicem loquelam & Iuramentum non constituitur differentia.

154. Vtrum nascatur naturalis obligatio in contractibus innominatis correspectiuis?

155. Primus casus de Iure Canon.

156. Apud Mercatores & similes personas pactum nudum parit Actionem.

157. Tertius casus in fideiussore soluente id ad quod principalis non tenebatur.

158. Quartus casus propter denunciationem Euangelicam.

159. Butrij & Angeli sententiam in casu prædicto non reperiri.

160. Quintus casus si ad principem partes accederent.

161. Sextus casu quando pactu esset geminatum.
geminatum.

162. Septimus casus quando deduceretur in pacto nudo illud ad quod quis lege teneretur.

163. Octauus casus quando ex obser uantia pacto nudo teneretur de damno.

164. Autor nõ recipit hanc exceptionem.

165. Exceptio nona calore Iudicij.

166. Decima sit exceptio si Iure municipali caueretur, ut instrumenta paratam haberent executionem.

167. Vndecimus casus quando accederet Iuramentum.

168. Duodecimus casus est quo ad conscientiam & forum Poli.

169. Decimus tertius casus in fœdere & publicis conuentionibus.

170. Decimus quartus casus in uasallo, qui promisit inseruire Domino proprijs impensis.

171. Decimus quintus casus in negociorum gestore.

172. Decima sexta exceptio est quando

do pactum fieret ſub conditione, quæpoſtmodum uerificaretur.

173. Et licet Iaſ. contrarium teneat, autor tamen tuetur.

174. Decimus ſeptimus ſit caſus in cauſa Dotis, licet hodie non poſsit dici exceptio, cum fingatur in dotis contractu ſtipulatio.

175. Decima octaua Exceptio in cauſa pia.

176. Decimus nonus caſus, quando princeps aliquid pacto nudo promiſerit.

177. Vigeſimus eſt caſus in cauſa ſtudiorum, Et eſt is nouus caſus.

178. Vigeſima prima ponitur exceptio generalis, ut ubicunq; uerſatur fauor publicus, ibi pactum nudum producat efficacem obligationem.

179. Vigesima secunda & ultima generalis exceptio est, ut ubicunque Lex fingit stipulationem ut plures sunt casus, tunc nascatur efficax obligatio ex omni conuentione.

180. Differentię inter contractus nominatos & innominatos.

181. Prima differentia assignatur, quòd contractus nominati assumunt speciale & elegans nomen contractus, Alÿ uerò remanent in nudis conuentionibus.

182. Secunda differentia est, quòd in contractibus Innominatis non sit nata efficax obligatio, imò secundũ nonnullos nec naturalis quidem obligatio.

183. Tertia differentia ut licet pactum capiatur in genere & in specie, in dubio accipiatur pro pacto nudo, licet autor contradicat.

184. Quarta differentia est, ut si stipu-
latio interueniat in contractu in-
nominato, contractus natura mu-
tetur, secus in contractibus nomi-
natis.

BART-

BART. ROMVL. IN RVB. C. DE PACTIS.



NTER celebres Iuris nostri materias, istã pactorum non ultimum locũ obtinere quilibet facile iudicabit, † qui eam argumenti 1
similitudine ad titulũ de uerb. obliga. proximè accedere nõ ignorat, ex quo uel solo, cum maximus Iureconsultus existere possit, ut DD. ad illum titulum scribunt, eadem laus huic materię non immeritò attribui potest. Idq; solum ad commendationem huius tituli satis esse putaui, præsertim cũ ipsius utilitas per se satis omnibus appareat,

 reat,

reat, ut in simili loquitur L. 1. de in integr. restit. Proinde rem ipsam statim aggredior, & ad clariorẽ intellectum nonnullos terminos præmitto, quorum cognitio ad præsentem materiam est necessaria, quemadmodũ idem DD. in d. rub. de uerb. oblig. faciunt. Primò de uerbo conuentionis dicendum esset. Deinde de pactis. Tertiò de pollicitatione. Quartò de constituto. Quintò de promisione. Sextò de stipulatione. Verùm de postremo nihil hic dicam, satis scribentes tradunt in Rub. de uer. ob. et ibi late dixi, reliqua suo ordine pertractabo, nisi quod de pactis, quæ propriè nostri sunt instituti, ultimo loco sum dicturus.

2. † Quod igitur ad primum attinet, sciendum est, uerbũ Conuentionis sua significatione latisimè patere, & ad omnes contractus, siue re, siue uerbis,

siue

literis, siue consensu, siue per se uel per aliud, siue expressè uel tacitè fiant referri. Imò non solum ad contractus, sed etiam distractus et quasi contractus pertinere, ut apertè dicitur in L. i. §. conuentionis, & in L. Labeo, cũ ibi notatis, eod. tit. nostro. † Hinc 3.
DD. inferunt, quod cum istud uerbum sit latissimum, non habeat eandem uim, quam uerbum promitto: hoc enim in publico instrumento positum denotat stipulationem, §. si scriptum. Inst. de inutilib. stipul. Ita Bart. in L. Lecta, nu. 12. si cer. pet. quẽ Ang. Salyc. et plures sequuntur. Ergo plurimum refert, an in instrumento ponatur, partes conuenerũt, an partes promiserunt. Priori enim casu stipulatio continebitur, posteriori non itẽ. Eandem hanc differentiã statuit Bald. in c. Iure peritus, nu. 24. ex. de offic. deleg.

Multum enim intereſſe ait, an per notarium dicatur, hoc acto & conuento,
4. an uero hoc promiſſo. † Hoc tamen inter DD. controuertitur. Sunt enim, qui nec ſtipulationem in uerbo promitto uolunt cōtineri, ut ſubtilis Furtunius in L. i. eod. tit. noſtro, dicit. Verùm reijcitur ipſius ſententia non immeritò, cum ſit contra expreſſum tex. d. §. ſi ſcriptum. Inſt. de inutil. ſtipulat. ubi uerbum promitto refertur ad ſtipulationem. Ita præceptor meus in d. L. Lecta, idemq́ſ ſoci. iun. in præallegata Rub. de uerb. obligat. dicit.
5. † Iſta doctrina Bartoli extenditur à præceptore meo, in c. 1. ext. de iudic. ut nimirum ea procedat, etiamſi uerbum conuenit ad acta iudicialia referatur. Sed quamuis aliàs indiſtinctè hanc & præceptoris mei ſententiam tenuerim, tamen pro cōtraria nonnulla fa-

cere

cere uidentur. Et primò quidẽ eadem ratio, imò maior in isto casu militat, quàm in præcedenti. Nam si uerbum promitto in instrumentũ relatum significat stipulationẽ, d. §. si scriptum, multò magis uerbum conuenit, calore iudicij stipulationem denotabit. Videmus enim calore iudicij res fortiores & ualidiores effici, quod ex eo satis constat, quod confessio extraiudicialis, licet inualida sit, et inefficax, L. cum de indebito. §. fin. de probat. c. si cautio. ext. de fid. instrum. tamen in iudicio facta ualet, ut glo. communiter recepta uoluit in L. i. in fin. de interrog. actio. Huc etiam facit bonus tex. in L. cũ ostendimus, §. fin. de fideiuss. secundum communem Doctorum sententiam. ibi, calore iudicij. Ibi enim fingitur seu præsumitur stipulatio, quamuis re uera non interuenerit.

Deinde etiam idem probatur, quod licet renũciatio Iuris competentis de futuro nullius sit momenti, L. qui superstitis, de acquir. hęred. tñ in iudicio facta efficax est. glos. in L. i. in uerb. si conditio. de curat. bonis dan. Bart. in L. i. eod. tit. nostro; Plura ad istud cõprobandũ adduci possent, ut DD. latè in d. c. si cautio. Et in L. siue apud acta. in. de transact. ubi plura specialia calore iudicij considerant. Quibus tamen omnibus non obstantibus, non recedo à sententia pręceptoris mei, pro ut quemlibet discipulum decet, quemadmodum nos admonuit. IC. in L. dicere autem sententiam. de arbit. Et ratio est, quia uerbum conuenire nimis est generale, imò generalissimum quod propter latissimam suam significationem calore iudicij non debet uestiri, Pro confirmatione aũt Decij, adfero

adfero autoritatē Baldi in L. tale pa-
ctum, §. qui prouocauit, nu. 10. uers. cui
sic. eod. tit. nost. ubi dicebat, pactum
nudum etiam in iudicio contingens
nō mereri executionem, adducebatq;
text. in d. L. siue apud acta. Neq; ue-
ro obstat ratio de instrumento pub-
lico, in uerbo promitto, quia uerbum
promitto non est ita latum, q; uer-
bum conuenit, quod est generalis-
simum, præterea ibi est autoritas
publici instrumenti, & publicæ per-
sonæ, multaq; alia concurrunt, quæ
desiderantur in uerbo conuenit, eti-
am ad acta iudicij relato, idq; pro-
pter nimiam significationis genera-
litatem, cum uerbum promitto sit
admodum, ut dixi, restrictum, sicut
patet in L. sciendum, §. dictum, de
ædilit. edict. † Sed redeamus ad istud 6.
dictum Baldi, in d. L. Lecta. Vtrum

uerbum Conuenit in instrumento si=
gnificet stipulationē? Maxima est hac
de re inter DD. controuersia. Nam in
d. L. Lecta, Plures sunt in ea opinio=
ne, quod uerbum Cōuenit, designet
stipulationem, ueluti Roma. Fulgo.
Imo. Castren. aliję complures, eamę
sententiam Ias. In d. L. Lecta, commu=
nem esse affirmat. Sed si res penitiùs
introspiciatur, cōmunior est senten=
tia Bart. quam ut cōmuniorem sequi=
tur Aret. in L. qui Romæ, §. Callima=
chus, de uerb. obligat. idem asseruit
7. Dec. in d. L. Lecta. † Ego in hac diffi=
cultate istas contrarietates ita soleo
conciliare, ut uerbum conuenit seu
uerbum promitto relatum sit in in=
strumentum, in quo aut unicum fa=
ctum aut plura continentur. Primo
casu procedat sententia eorū qui con=
tra Bart. tenent, idę per rationes, quas
aliàs

aliàs copiose retuli, in d. rub. de uerb. oblig. Secundo casu non item, quia tunc coniectura uidetur esse partes contrarium uoluisse, ex quo stipulationem interposuerunt, arg. L. unicę. §. sin aũt efficientis, inf. de cad. toll. Imputetur ergo partib, quod in omnibus factis & casibus expressa stipulatione sibi non prouiderint, arg. L. Veterib. de pact. et L. quicquid astringendæ de uerb. obligat. Posita tamen sententia Bartoli ut uera, non procederet in ijs casibus, in quibus lex specialiter præsumit stipulationem, ut in causa dotis. L. unica in princ. C. de rei uxor. actio. & in casu d. L. cum ostendimus, §. fin. & in L. si finita. §. eleganter, de damno infect. et in alijs casibus, quos glos. Bart. & DD. referunt, in L. i. de uerb. oblig. Tũc enim uerbum conuenit continebit stipulationem,

idq; non ex hominis coniectura & prouidentia, sed ex legis præsumptione
8. ne & fictione. † Verum istæ DD. disceptationes hodie apud Italos sunt otiosæ, propterea qđ in omni Instrumento notarij ex stylo communiter ipsis usitato stipulationē solent apponere his uerbis, Et ita partes conuenerunt et promiserunt omnia conuenta seruare per solennem stipulationem, ut Bart. dicit in L. ij. in fin. inf. de cond. ob caus. ubi in simili dicit, nullum contractum innominatum hodie reperiri, cum semper stipulatio ap-
9. ponatur. † Propter istud dictum Bartoli quidam in illam sententiam descenderunt, ut existimarent, etiamsi per notarium non sit apposita stipulatio, nihilominus præsumi debeat, eo quia simus in consuetudine, atq; ea, quæ sunt de consuetudine præsumantur,

mantur, L. fin. ubi Bald. not. inf. de fideiuss. DD. latè in L. sciendum, de uerb. obligat. ubi etiam aliàs dixi, atque ad hoc etiam optimus est tex. in L. Quod si nolit, §. qui assidua, de ædil. edict. facit etiam tex. in d. L. Iurisgentium, §. quod ferè, de pact. Licet ista sententia non sit firma, ut aliàs in d. Rub. memini me dicere.

Nunc ratione ordinis supra à nobis facti, de pactis dicendum esset, sed quoniam ille terminus totam materiam nostram concernit, illũ in postremum locum reijcio. Accedo igitur ad tertium terminum, uidelicet Pollicitationem. † Quid sit Pollicitatio, & 10.
quomodo ad differentiam pacti debeat definiri, Vlpia. in L. pactum, de pollicit. utrunque definiendo declarat. Pactum enim inquit, est duorũ cõsensus atque conuentio. Pollicitatio uero

11. est solius offerentis promissum.† Sed quomodo uerificetur promissio pollicitationis, ut à pacto differat, hoc opus, hic labor est. Doctores cōmuniter exemplis rem agunt, nimirum ad hoc ut mera sit pollicitatio, & à pacto differat, necesse esse, & pollicitatio fiat inter absentes, & non inter præsentes: Nam si fieret inter præsentes potius pactum esse. Item requiri ne interueniat nuncius uel epistola, quia si recipiens Epistolam eam inspiceret & acceptaret, iam esse tacitum consensum duorũ, & per consequens pactum, iuxta definitionem pacti, de qua in d.L.pactum, & in d. L. i. in §. pactum, eod.tit. nost. Vlterius dicunt DD. non satis esse, ut fiat præsenti, nisi etiam agatur de causa lucratiua: secus si de causa onerosa, quia tunc non resultaret tacitus consensus partium.
Nam

Nã quando quis pollicetur parte prę-
ſente,& agitur lucratiua cauſa, ut ple-
ręq; pollicitationes eſſe ſolent, ille cui
facta fuerat oblatio, tacitè conſentire
uidetur, ut eſt doctrina Bartoli in L.
Quæ dotis, ſoluto matr. fac.tex.in L.
qui patitur mandati,cum ſimilib. Atq;
hanc reſtrictionem DD. dicunt eſſe
neceſſariam, quia nõ niſi ex ſingulari
cauſa omnes leges ſub Rub.de pollic.
inter abſentes,atq; in ſpecialibus caſi-
bus loquuntur,uidelicet in Reip. uti-
litate,uoto,& quando ultra pollicita-
tionem proceſſum fuerit ad ulteriora.
Et ſic uolunt inter præſentes non ha-
bere locũ definitionem Vlpiani,pro-
pter ea, quæ ſupra diximus, atq; om-
nes DD.uſq; ad noſtra tempora uno
conſenſu tenent.† Sed contra omnes 12.
DD.præceptoris mei hic contraria eſt
ſententia,dicentis, nõ eſſe faciendam
differentiam,

differentiam, an pollicitatio fiat a parte pręsenti, an inter absentes, uel ex lucratiua, uel onerosa causa, nec partis taciturnitatem id efficere debere, ut pollicitatio in pactum transfundatur. Mouetur 1. quod ratio taciti consensus, quando de utilitate seu cõmodo præsentis agitur, nõ minus locum habeat inter pręsentes, q̃ inter absentes. Nam quemadmodum præsentes, si de utilitate ipsius agatur, consensus præsumitur, sic etiam absentis, idq; probat per tex. in L. si creditores, in fin. inf. eod. tit. nost. Hoc ita uerũ esse uidetur, si oblatio per nuncium uel per epistolam absenti nota facta fuisset ex aliquo facto offerentis, utpote, si literas secum seruans ac nuncij relationem percipiens, oblationẽ sibi factã explorare atq; acceptare uideatur, ut Bart. per tex. L. si filius, ad Maced.

uoluit, et ego infrà dicã. Secundò mouetur per definitionẽ, I C. in d. L. pactum, & in d. L. i. eod. tit. in quib. I C. dicit, pactũ esse duorũ pluriumue consensum; et sic duorũ aut plurium consensum in pacto & nõ in pollicitatione considerauit; quia in pollicitatione tacitus ille consensus partis præsentis non ita producit pactũ, quemadmodũ in dictis Iuribus I C. statuit. Cuius rei probãdæ gratia adfert Hostiensem in sum̃a eod. tit. nost. in princi. ubi definitionẽ à I C. locis supracitatis positã, declarat, ut procedat, qñ consensus in pacto ex uerbis expressis ꝓuenit, atq; ita intelligendam definitionem pacti: minimè uero IC. loqui de pactis præsumptis, quæ ex tacito consensu oriuntur, qđ probat per L. ij. §. si uoluntatem, solu. matr. Etsi. n. pręsentia partis, quando de ipsius cõmodo agitur, inducit

inducit consensum: tamen ille consensus, ut dictum est non est uerus, quemadmodum ille qui fit expressis uerbis, & habito aliquo tractatu, sed tantũ uenit legis præsumptione, cum pactum habeat expressum cõsensum ex hominis dispositione. Et dicit in eadem sententia fuisse Bartolum in d. L. Creditores. Et adducit Aret. in L. ij. de lega. i. ubi dicebat, si quis mortis causa pręsenti ac tacenti donaret, tunc non induci pactum, sed pollicitationem esse, & sic nullam donationem, ut inf. dicam. Hanc sententiã sequitur quoq; Alcia. in d. Rub. suppresso tamen præceptoris mei nomine. Quæ sententia hodie ab omnibus uera & subtilis iudicatur, ut quæ pollicitationis materiam nimis angustis finibus
13. non concludat. † Proinde & mihi eadem non potuit nõ semper esse pro-
batissima,

batissima, ad cuius confirmationem antequam accedam, nō possum silentio prætermittere quosdam recentiores in sæpedicta Rub. reperiri, qui totum contrarium asseuerare non uerentur, nimirum pollicitationem non aliter, quam inter præsentes fieri posse. Pro qua sententia definitionē IC. in d. L. pactū, in uerb. offerentis perpendunt. Nam aiunt uerbum offerre necessario significat præsentiam partis, idq; confirmant per tex. in L. Iulianus, §. offerri, de actio. empt. & Aut. offeratur, inf. de litis contest. Verùm horum opinio nullo modo recipienda est, quippe quæ expresse sit contra omnes leges, in d. tit. de pollicit. In quo, ut dixi, omnes illę leges loquuntur inter absentes, & tamen perpetua pollicitationis fit mentio. Itē est contra tex. in d. L. pactum. ubi IC. in definitione

nitione nullam facit differentiam inter præsentes & absentes, cum indifferenter & generaliter definiat, ac solum pactum à pollicitatione distinguat. Quantum igitur ad præsentem disputationẽ tot controuersijs implicatam attinet, absolutè dicendum est, pollicitationẽ uerè dici siue inter præsentes siue inter absentes facta sit, dũmodo ille qui pollicitus est non sit in-
14. terrogatus. † Et huiusmodi sententia cõtra DD. probatur uiuis rationibus, iuribus et autoritatibus. Nã ut Zasius qui idem quoq; tenet, in d. Rub. dicit: pollicitationes plerunq; fiunt in conuiuijs, ut honoris gratia sępe liberius ali-
15. quid pollicemur, † licet interdũ huiusmodi oblationes ex animo non proueniant, atq; ideo promittentem non obligant, ut est opt. tex. qui ad hoc solet adduci in c. cum uenisset, ext. de in-

stitu-

stitu.& ibi But.& DD. ut latè Alex. et DD. in L. ita stipulat⁹, de uerb. oblig. Vbi copiose Præceptor meus, Socin. Iun. Ad idem etiam facit glos. notab. in L. obseruandũ, in fine, in uerb. detegitur, de offic. Præsid. Quod interdũ aliud ore proferimus, aliud in animo sentimus, quod Bononiensibus usitatũ esse ibi refert Acursius. Et pro hac ratione Zasius ponderat textum in d. L. pactum, dum IC. in definitione dicit, est unius solius offerentis promissum, pactũ uero duorum consensus, nam pactũ ab initio duorum consensum præsupponit in d. L. i. eod. tit. nost. quod patet per similitudinem ibi positã. Pollicitatio uero ab initio non constat duorũ consensu, quia cũ tibi polliceor nulla præcessit, interrogatio tua, nec int̃ nos ullus tractatus interuenit, et sic spõte atq; ultro

 promisi,

promiſi, nulla interrogatione inuitatus. Etſi uero partis præſentia ac taciturnitas, tacitum conſenſum producunt: hoc tamen non prouenit ex intentione partium, ſed caſu, & ex poſt facto, unde non poteſt dici duorum conſenſus, quemadmodum in pacto conſenſus uerſatur. Et IC. in d. L. pactum, cõſiderauit oblationis initium, quod cuiuslibet rei potiſsima pars eſt L. i. de orig. iur. Et ſi ita mentem IC. in d. L. pactum, declaremus, ceſſant omnes difficultates. Pręſumptus ille conſenſus, qui ex præſentia et taciturnitate partis colligitur, Doctores fefellit. Præterea Etymologia uocabuli prædictam ſententiam confirmat. Nam ut Alciat. in d. Rub. dicit, pollicitatio dicitur ab auctione & licitatione. In rebus enim quę ſub haſta uenduntur, quando aliquid plus offertur, licitari

& licere

& licere dicitur, quod etiam Spigel. in Lexico suo. tradit in uerbo pollicitatio. Ad quod etiam tex. adducitur in L. cum duobus, §. si in coeunda, pro socio. Vbi IC. appellat in Flore. legi Politorem. Licitatorē eum, q̄ agrum colendum pro societate offert. Porro ista sententia legibus corroboratur, & 1. per tex. ubi casus, in c. cum iuramento, ext. de homicid. ubi facta erat pollicitatio in præsentia partis, & tamen tex. appellat pollicitationem, Et Panor. ibi dicit ueram fuisse pollicitationem Herodis, eò quod nulla interrogatione præcedēte Herodes sponte per uerba generalia obtulit caput D. Ioannis, & sic probatur, ad hoc ut pollicitatio sit, initium offerentis inspici, & solius offerentis mentem sufficere. Etsi uero pollicitatio facta est in pręsentia partis, nihilomagis immutat

naturam ſuam, quod probatur in L. iuris gentium. in §. quod fere, eod. tit. noſtro, ubi præcedit interrogatio, dũ dicitur, rogauit Titius, ſpopondit Mæuius. Quæ uerba I C. interpretatur, ut ſonent in ſtipulationẽ uel in pactum nudum, excludens pollicitationem, non ob aliã cauſam, quam quod præcedit interrogatio, quæ impedit ſubſtantiam pollicitationis, præcedente enim interrogatione, nullo modo dicitur pollicitatio, ſed uel ſtipulatio, uel pactum nudum.

Denique hęc ſententia autoritatibus probari poteſt. Nam polliceri nihil aliud eſt, quã ſponte & ultro promittere, ut Plaut. in Aulul. Credo ædepol illi mercedẽ Gallo pollicitos eqs. Idem in Bacchid. Hoſpitium & cœnam polliceri. Ex his omnib. quæ iam dicta ſunt, argumentis contrarijs ſatis

reſponſum

reſponſum eſſe uidetur. Nam quod totus titulus de pollicitationibus inter abſentes loquatur, non propterea ſequitur, pollicitationem alias quam inter præſentes non poſſe conſiderari. Prędicta enim Iura ideo ſaltem de abſentibus loquuntur, ut demonſtrent in quibus caſibus inter abſentes efficax obligatio oriatur. Nō autem ideo præſentium nullam faciunt mentionem, ut inter eos pollicitatio locum habere non poſsit.

† Cæterum unum hic non eſt præ- 16
termittendum, ut poſita non conceſſa communi ſententia, ſcilicet inter abſentes tantū pollicitationem conſiderari, dicendum exiſtimem, ſi pollicitatio facta ſit inter abſentes per epiſtolam uel nuncium, & is qui literas accepit, aut tacite aut expreſſe oblationem ſibi factam acceptet, tunc iſtum,

 qui

qui literas misit, teneri, propter expressum consensum accipientis, ut in simili à fortiori uoluit Bart. per tex. in d. L. si quis filius, ad Macedo. ubi si creditor scribit Epistolam ad prætensum debitorem, & debitor recepta Epistola non contradixerit, tunc ipsum uideri debitum approbare. Pro hac sententia facit etiam tex. in d. c. cum iuramento, ubi à cõtrario probatur, quod si pollicitatio præsenti à præsente fiat, & expresse acceptetur, illum qui pollicitus fuit Iure teneri. † Sed quorsum hæc tam multa? quid refert, an ista inter præsentes pollicitatio, tanq̃ pollicitatio, an uero ut pactum consideretur? Multũ sanè. † Prima enim huius disputationis utilitas erit, ut ijs casibus, quibus ex nudo pacto nascitur specialis actio, qui casus plures sunt, ut patet per DD. in d. L. Iurisgentium, §.

Igitur

Igitur nuda, eod. tit. nost. Et Canonistas in c. i. ext. de pactis, ijsdem quoque per pollicitationē actio nascatur, quod longe secus est, si mera pollicitatio maneat, eo quod ex pollicitatione, secundum DD. receptiorem sententiam, naturalis obligatio non procreetur, ut infra dicam. † Secunda est singularis, de eo qui mortis causa aliquid donauerit præsenti & tacenti. Nam si iudicabitur pactum, ualida erit donatio, cùm hodie secundū communem doctorum sententiam in donatione ex nudo pacto detur actio, L. si quis argentum, inf. de donatio. Si uero iudicetur pollicitatio, inualida erit donatio. Ista quæstio de facto contigit, in qua consuluit Ang. pro parte affirmatiua, & uoluit iudicari ut pactum, et per consequens ualidam esse donationem, in cons. clxxxiij. Cuius dictum 19.

ſequitur Socin.in conſ.cxij.lib.1.ſi te=
nemus non eſſe pactum, inualida erit
donatio, et hanc ſententiam plures ſe=
cuti ſunt, & in ſpecie Bald. in L. ſeni=
um, inf. qui teſta. fac. poſſ. Aret. in L. ij.
de lega. 1. Decius & Alcia. in d. rub.
de uerb. oblig. Eſtq; hęc ſententia ne=
gatiua uerior, quam confirmat etiam
Bart. in L. Iuris gentium, §. quin imò,
de pact. dum dicit diſpoſitionem di=
ctæ Legis, ſi quis argentum, ſolum lo=
cum habere in pacto uerbis expreſſo,
non autem, ut hic in præſumpto. Et
pro hac ſententia Præceptor meus,
dum eſſet apud Gallos Profeſſor, cõ=
ſuluit, ut apparet in conſilio cclv. in
cauſſa, col. fin. quem dicta doctrina
Bartoli in d. L. ſi quis argentum mo=
uit. Eandem ſententiam idem Dec.
etiam ſecutus eſt in d. L. ſenium, nu.
47. Deniq; niſi hæc ſententia admit=
tatur,

tatur, duo ſpecialia ex eodem fonte ſequerentur, quod nefas eſt, per not. in L. i. inf. de dot. promiſs. latè per Bart. & DD. in L. ſi quis pro emptore, circa fin. de uſucap.

† Tertius eiuſdē diſputationis uſus perſpicietur in iuribus municipalibus, ut ſciamus dum faciunt mentionem pacti, ea intelligenda non eſſe in pacto præſumpto, cum ſtatuta ſint propriè accipienda, L. iij. §. hæc uerba, de negot. geſt. Bart. in L. i. §. hoc interdictum, de fonte. Et in L. i. in fin. de donat. latè DD. in L. omnes populi, de iuſt. & Iur. 20.

† Quartus effectus eſt ſingularis, ut ſi à Lege uel ſtatuto requireretur conſenſus uel autoritas alicuius, ſicut ferè per totā Italiā obſeruatur, qđ mulieres nō poſsint cōtrahere, diſponere uel alienare abſq; conſenſu duorū uel 21.

trium

trium propinquorum, tunc non uerificaretur statutum seu lex, si propinqui essent præsentes & tacerent, quia consensus nō esset expressus, sed præ-
22. sumptus, † ad quod facit dictum Bart. in L. i. §. i. & in L. iij. de autor. tut. dicentis, consensum tutoris debere esse expressum & non præsumptũ, quemadmodum hoc etiam pro notabili assignauit Iason in d. L. quæ dotis, nu. 105. solut. matri.

23. † Quintò huius doctrinæ cognitio non modo utilis uerum etiam necessaria est, ratione Iuris Canonici. Nam in terris Ecclesiæ ex nudo pacto nascitur actio, c. i. ubi DD. ext. de pact. Ias. in L. Iurisgentium, §. igitur, nuda pactio, eod. tit. nost. Ex pacto uero præsumpto, non item, quia, ut inf. dicam, communis est DD. sententia, ex pollicitatione non nasci obligationē naturalem. † Sextò

† Sextò disputatio nostra ad hoc 24.
plurimum conducit, ut sciamus an sit pollicitatio an pactum. Nã si pactum iudicabitur non competet repetitio, ex quo naturalis obligatio nascitur, quæ parit soluti exceptionem, L. Iuris gentium, §. sed cum nulla, uers. Igitur nuda pactio. de pact. Quod naturalis obligatio soluti exceptionem pariat certum est ex L. fin. inf. ad L. Falcid. Si uero sit pollicitatio, quæ constat unius consensu, d. L. pactum, nõ erit obligatio naturalis nata, ut communiter tenent, pro quo etiam facit tex. in d. L. pactum, in tertio responso, arguendo ibi à speciali.

† Septimus fructus huius quæstio- 25.
nis consistit in fideiussione. Nam si erit pollicitatio ex qua non nascitur naturalis obligatio non poterit accedere fideiussor, qui omni obligationi

accedere

accedere poteſt, L. i. de fideiuſſ. Nam ubi non eſt naturalis obligatio, ibi fi= deiuſſor accedere non poteſt, L. i, §. ſi quis ita, de uerb. oblig. et ibi DD. late.

26. † Octauus in conſtituto, quod ne= ceſſario requirit debitum præcedens, ſiue naturale tantum, ſiue naturale & ciuile, L. i. §. debitum, de conſtit. pecu. Plura ad hanc diſputationem perti= nentia DD. poſt Bart. in L. ex hoc Iu= re, De Iuſt. et Iur. poſuerunt, quæ bre= uitatis ſtudio non libet hic cumulare.

27. † Quare ad pollicitationis materiam, à qua longius quam putabam digreſ= ſus ſum, reuertor, Et primùm quæro utrum naturalis obligatio naſcatur ex pollicitatione? In hac quæſtione ma= gna DD. eſt dubitatio ac controuer= ſia, alijs in hanc, alijs in illam ſenten= tiam declinantibus. Proinde operæ pretium me facturum putaui, ſi utrin

uſq;

usque partis argumentis adductis, ueritatem ipsam eliciam & confirmem.
† Illi qui negant naturalem obliga- 28.
tionem ex pollicitatione nasci adferunt glos. in L. si unus, §. pactus ne peteret, in uerb. conuenit, eod. tit. nostro. Cuius tamen glos. meo quidem iudicio, ea mens non est, licet Bart. ita uoluerit, dum adducit tex. in d. L. pactum, in 2. responso, de pollic. ubi dicit, quasi debitum exigitur, ergo impropriè est debitum, uerum ista inductio, ut inf. dicam, non admodum urget. Huius negantis partis, in qua modo uersamur, pręcipua confirmatio ex ratione desumitur. Nam cum pollicitatio sit consensus unius, ut sæpe diximus, fieri non potest, ut naturalis obligatio nascatur, quippe quæ ex cõsensu simultaneo nascitur. L. stichum, §.

naturalis,

naturalis,inf.de solutio.et L.i.sup.eo. tit.nost. Et hanc sententiam sequitur Socinus in loco iam citato,quod confirmat etiã bonus tex.in d.L.cum amplius,§.is natura debet,de reg.Iur.ubi tex.dicit, is natura debet, quem Iure gentium dare oportet,cuius fidem secuti sumus,& sic apparet naturalẽ obligationẽ nasci ex consensu duorum. Idem allegat quoq; L.i.§.adeo, sup. eod.tit.nost.qđ textus ibi dicat, nulla obligatio etc.Ex quibus uerbis infertur,ad naturalẽ obligationem requiri consensum duorum. Hanc sententiam negatiuam etiam Panor.in c.inter, ext.de elect. amplexus est, quanquam in hoc articulo sibi nõ constet, ut inf.latius dicam, & non solum Panor.sed etiam omnes recentiores ferè idem sentiunt,ut apparet per Ias.in d.rub.& ibi p Perusinos & Socinum iuniorem,

iuniorem, qui omnes affirmant hanc esse communē sententiam, Idem etiam Alcia. nu. 7. in d. loco. Curtius iunior in rub. nostra, nu. 10. Parisius in cons. lxxxix. circa primum dubium, nu. 27. cum sequent. ✝ Contrariam 29.
tamen sententiam plures secuti sunt, & Canonistæ ferè omnes, in primis Butrius in c. ex prole, de censib. qui sic argumentabatur: sicut ex pacto nudo oritur actio, d. c. i. ext. de pact. ut DD. communiter: eodem modo ex pollicitatione nascitur naturalis obligatio, cum præsupponūt Canonistæ, non solum naturalem, uerum etiam ciuilem nasci ex pollicitatione: quia Ius Canonicum innititur æquitati, c. dilecti, ext. de iudic. Deinde Canonistas mouet, quod sicut ex uoto quis obligatur, c. licet, ext. de uoto, sic etiam ex pollicitatione. Nam uidemus

non solũ de Iure Canonico, uerũ etiã Romano ueteri & gentili hãc uim in uoto fuisse, L.si quis rẽ, de pollicit. in qua opinione est etiã Panor. licet sibi contrarius, in tex, c. qualiter, ext. eodẽ tit. dũ generaliter text. dicit, ea quę promittuntur, opere compleantur, & sub uerbo promissionis continetur pollicitatio, d. L. sciendũ, §. dictũ. Hanc sententiã plurimę etiã autoritates ex sacris libris desumptæ, cõfirmant. Imprimis n. Psalmista dicit, ea quæ procedũt ex labijs meis, non faciã irrita. Huc pertinet quoq; quod dicitur, inter simplicẽ loquelam & Iuramentũ Deum non constituere differentiã, ut dicitur in c. cum iuramenti, xxij. q. v. Idẽ quoq; Hispani ingenio atq; eruditione pręstantes senserunt, in d. §. pactis ne peteret, et in c. i. ext. eod. tit. Et adducunt Ciceronem in li. i. offic. qui fidẽ definiens,
fides

fides inquit est fundamentũ iustitiæ, dictorũ factorumq́; constans ueritas. Dictorũ appellatione uenit pollicitatio, et adducunt tex. in d. §. dictũ, q tex. per glos. ibi confirmatur, dũ dicit dictũ esse illud, qđ oretenus pronunciatum est nudoq́; sermone finitur, ubi glos. dicit, hoc est, sine interrogatione, & p cõsequens textus loquitur in pollicitatione. † Ex quo nouiter infero defi- 30.
nitionẽ pollicitationis ab Vlp. in d. L. pactum, positã redargui posse, p eundẽ Vlpia. in d. §. dictũ, ut potius debuisset dicere pollicitatio est solius offerentis dictũ, quàm promissum, cũ uerbum promissum sit nimis generale, ut patet per eundẽ IC. in d. §. dictum, in uers. promissum, ubi uerbum promissum refertur ad pollicitationẽ, ad pactum nudũ, & ad stipulationem, quod diuersum est in uerbo dictum, quod

tantum ad pollicitationem refertur. In definitionibus autem uerba propriè debent accipi, & non in genere, ad hoc ut definitio cum suo definito conuertatur, L.i.§.dolum, ubi Bart.& alij, de dolo. Postremò hæc sententia probatur, quod etiamsi non sit duorum consensus in pollicitatione, tamen ęquitatis ratio habeatur, quæ hoc potest præstare, ut seruentur ea quæ promittuntur, quia sic æquitas dictat, ex qua sola naturalis obligatio nascitur, ut Bart. in L. Iulianus, de condict. indeb. Nam pollicentis mens & sententia ex uerbis ipsius satis manifesta est. Verba enim, ut inquit Philosophus, animorum nostrorum affectiones indicant, ut etiam I C. in L. Labeo, de suppell. lega. statuit, neminem quicquam uerbis exprimere, quod prius in animo non habuerit.

† Quare

† Quare retenta hac ſententia tanquam 31.
uera, quod ſcilicet ex pollicitatione
naturalis obligatio naſcatur, facilè erit
ad contraria argumenta reſpondere.
Primò enim gloſſæ autoritas, in d. §.
pactus ne peteret, nihil obſtat. Nam
longè abſuit gloſſa ab ea opinione, ut
exiſtimauerit ex pollicitatione nõ naſci
naturalem obligationem: quia hac
de re ibi uerbum nullum, ſed hoc tantum
colligitur inter pactum et pollicitationem
eſſe aliquam differentiam,
ut eam expreſſè ponit ipſe I C. in d. L.
pactum. Nam gloſſa ibi dicit, ſi non
interueniſſet duorum conſenſus, non
eſſe pactum, adducens textũ in d. L. i.
eod. tit. ex quibus uerbis ſatis apparet,
non fuiſſe eam ſententiã gloſſę, quam
Bart. cæteriq; DD. collegerunt. Non
obſtat tex. in d. L. pactum, cui Bart. &
DD. maximè confidunt, dum ibi dicitur,

tur, quasi debitum exigitur. Nam re‑
spondetur, malè ex eo colligi, non esse
debitum propriè: quia dictio quasi in‑
terdum est ueritatis expressiua, L. si ti‑
bi pecuniam, si cert. pet. L. si ante, et ibi
glos. solut. matr. Ista responsio mihi
non satisfacit, quia à uerborũ proprie‑
tate non est recedendũ, L. non aliter,
cum alijs, de lega. iij. Propria uero na‑
tura dictionis quasi est denotare im‑
proprietatẽ, ut DD. & in primis De‑
cius in d. L. si tibi pecuniam, in princi.
fatentur. Melius igiť secundò loco re‑
spondetur, quod licet textus ibi, quasi
debitum exigitur, dicat, nõ propterea
denegatur naturalem obligationem
nasci, quia ille tex. loquitur ibi, quo ad
ciuilis obligationis efficaciam. Nã na‑
turalis debitor non propriè, sed abu‑
siuè debitor appellatur, eo quod de‑
bitum non possit exigi, cum ciuili ob‑
ligatione

ligatione destituatur, quod probatur in L. fideiussor. §. fideiussor. de fideiussorib. ibi. per abusionem debitores naturales intelligi. Quoniam textus ille adductus per Bart. non urget pro communi sententia. Imò potius contra ipsum potest retorqueri, cũ ex ipsis uerbis colligatur, nasci naturalem obligationẽ licet inefficacẽ. Tertiò nihil obstat, quòd non sit duorum consensus, quia ad hoc datur responsio superior, satis esse ut æquitas consideretur.
† Verùm his omnibus non obstantibus, placuit mihi semper communis sententia, quæ est, ex pollicitatione non nasci obligationem naturalem. 32.
Qua de re cum aliquando consulerem Theologos, astipulati sunt mihi, atque ex mera pollicitatione obligationem naturalem non nasci, asseuerarunt, eò quia non est duorum
 consensus,

consensus, solũ in uoto nascitur, cum facta sit pollicitatio Deo, ut uidemus etiam fauore Reipub. idem obtinere d. L. i. & ferè per tot. tit. de pollicita.
33. † Qua cõmuni sententia seruata, respondeiri potest ad omnia argumenta adducta per aduersarios. Primò enim negatur assumptum Canonistarum, qđ de Iure Canonico nascatur actio ex pollicitatione, & per consequens naturalis obligatio, quia nulla lege probatur, sed solum in uoto nascitur, efficax obligatio, d. c. licet, ext. de uot. Et licet ex pacto nudo nascatur actio de Iure Canonico, non sequitur, ergo etiam ex pollicitatione, quia diuersa est ratio in pacto & pollicitatione: In illo enim nascitur naturalis ęquitas ex consensu duorum, in hac uero non. Et sic non mirum si de Iure Canonico ex pacto nudo nascatur actio. Non obstat

obstat textus, per quem Panormit. ita uoluit in d. c. qualiter, quia illud uerbum promittuntur, intelligi debet de pacto nudo, nō de pollicitatione, cum iura semper debēt intelligi secundum titulum sub quo ponuntur, L. Imperatores, de in diem addictione. Non obstat quoq; quod pollicitatio impediat soluti repetitionem, & per consequens præsupponit naturalem obligationem, ut patet in d. L. pactum, in iij. respon. quia illud ibi est speciale, ergo nō est ille casus trahendus in consequentiam, L. Ius singulare, L. quod uero, cum simil. de Legib. Nec obstaret quoq; si diceretur, quod in toto titulo de pollicitationibus nascitur efficax obligatio, ex eo enim non sequitur quod nata sit naturalis obligatio: quia interdum etiam nascitur actio ciuilis, etiamsi nō sit nata naturalis ob-

 ligatio,

ligatio, ut eſt tex. opt. in L. Pupullus, de autor. tuto. Non obſtat authoritas Dauidis, unà cum alijs autoritatibus, quia quo ad diuina & ſpiritualia locum habent non autẽ in caſibus profanis. Non obſtat Ciceronis autoritas, quia intelligi debet de fide iuxta d. L. cum amplius, §. is natura, quando fides prouenit ex duorum conſenſu, quia tũc ſeruanda eſt, ut loquitur tex. in d. L. i. de conſtit. pecu. et d. L. i. eodẽ tit. noſt.
34. † Hæc tanta Doctorũ cõtrouerſia facilè conciliari poſſet, retenta doctrina Decij & aliorũ, quòd loquimur aut de pollicitatione quæ fit inter abſentes, aut de ea quæ fit inter pręſentes, licet Doctores communiter, ut dictum eſt, nõ admittãt pollicitationem inter præſentes, quod tñ falſum eſſe demonſtrauimus. Priori caſu ꝓcedat Doctorum cõmunis ſententia, ut ex

pollicita-

pollicitatione non nascatur naturalis obligatio, quia omnis ratio, ob quam naturalis obligatio nascat̃, sublata est: illam ex duorũ consensu simultaneo oriri paulo ante ostendimus: Altero uero casu procedat alia sententia Canonistarũ & aliorum, ut nascatur naturalis obligatio, quia cũ sumus in pacto præsumpto à lege, æquitas naturalis militat, ut ad quod conuentũ sit & promissum, seruetur. Et ista cõciliatio non habet difficultatem, neq; dubito, quin idem DD. dicturi fuissent, si cõcessissent ueram pollicitationem inter præsentes quoq; locũ habere posse, quod cum ipsi negarent, non mirum est si ex pollicitatione naturalem obligationem non admitterent.

Cum in præcedentibus disputatũ sit, utrũ ex pollicitatione nascat̃ naturalis obligatio, operæ pretiũ me facturum existimo,

35. existimo, si subijciam † quibus casibus ex pollicitatione efficax obligatio nascatur. Etenim plures casus enumerari possunt, in quibus præcisè quis teneatur ex pollicitatione, quorũ non pauci per IC. in d. tit. de pollicit. ponuntur, ubi ferè omnes leges loquuntur in casibus specialibus.

36. † Primus igitur casus sit quando quis pollicitus fuisset Reipub. ob honorem decretum uel decernendum, exempli gratia, polliceor Reipub. centum, si me Consulem uel decurionem fecerit, & de hoc casu est tex. in L. i. & pluribus alijs Legibus, eod. tit. de pollicit.

37. † Secundus casus est, si Deo promissio facta fuerit, Nam si ualet facta Reipub. multò magis Deo, & ad hoc facit tex. L. si quis rem aliquam, eod. tit. licet tex. loquatur in uoto, prout

ſemper cõtingit, ut infra dicam, Nam pollicitatio facta Deo, habet uim uoti.

Tertius eſt, † ſi quis Reipub. uel municipibus abſq; cauſa polliceretur ædificare aliquod opus, uel ædificare cœpiſſet iam tenetur, ut patet in d. L. i. §. cœpiſſe, eodem titulo. 38.

Quartus caſus eſt ſingularis, † pro pia cauſa, ueluti ſi quis polliceretur aliquid dare pauperib. ita not. in c. quoties cordis oculus, vij. q. i. Ita Bart. & DD. omnes in L. illud, ſup. de ſacroſ. Eccleſ. & pro hac ſententia facit, quia ſi quis pro uoto tenetur efficaciter, eodem modo pro ſalute animæ, quæ cunctis rebus præferenda eſt, L. ſancimus, ſup. de ſacroſ. Eccleſ. & ita alias latè dixi in noſtro compendio priuilegiorum Eccleſiarum & piarum cauſarum. Et pia cauſa ſemper iudicatur, quando quis relinquit intuitu animæ 39.

ſuæ,

ſuæ, gloſ. eſt notabilis & ſingularis, ſecundum Bart. & DD. omnes, in L. ſi quis Titio, de lega. ij. in gloſ. magna in princip. Huc accedito etiam, quod qui promittit piæ cauſſæ, Deo ipſi promittere uidetur, qui ubique eſt, iuxta illud, Iupiter eſt quocunque uides, quocunque moueris. Et ita Iacob. Butri. Cinus, et Alberi. uoluerunt in d. L. illud, Corneus in conſ. ccxv. uidetur prima facie dicendum, col. iij. uerſ. & maximè apparet, lib. ij. Hoc idem dicit Tiraq. in ſuo piarum cauſarum compendio, in priuilegio cxv.

40. † Quintus caſus eſt in uoto, ut dictum eſt, in d. c. licet ex uoto, & idem apud gentiles erat, ut in d. L. ſi quis in rem. Licit iſte caſus cõtineatur in pollicitatione facta Deo. Nam qui Deo pollicetur, potius eſt uotum, quàm pollicitatio, ut patet in L. ij. de pollicita.

cita. ſicut Alcia. animaduertit, lib. v. παρέργων, ca. 9. & in d. Ru. nu. 7. ut ſentit Iaſ. in L. Iuris gentium, §. igitur nuda. Et ante ipſos antiqui uoluerunt, ut patet per Odofred. Hoſtie. in ſumma, in tit. de uoto, dum definiendo uotum diceret, uotum eſt pollicitatio facta Deo.

Sextus caſus eſt, † quando pollicitatio appoſita eſſet alicui contractui 41
ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti Iuris, ut in L. bonæ fidei, inf. eod. tit. noſt. in L. Lecta, ſi cert. petat. quia tunc cohærentia contractus ueſtiretur, ita nouiter dicebat Alcia. in d. Rub. & adducebat tex. in L. ſciendum, §. dictum, de ædili. edict. qui textus non probat ipſius intentionem, de qua in illo tex. uerbum nullum eſt, tantum Iuriſconſult. poſuit ibi differentiam inter uerbum, dictum & promiſſum.

Quamuis

Quamuis autem uera sit ista limitatio, tamen in tali casu non erit propria & mera pollicitatio, cum tali casu transfundatur in alterius contractus naturam, cui adhæret, ut patet in L. petens, & ibi DD. inf. eod. tit. nost. & ea quæ incontinenti fiunt censentur contractui inesse, & ut partes illius contractus habentur, in d. L. lecta, uers. dicebam, & ibi DD. & in d. L. Iuris gentium, §. quin imò.

42. † Septimus casus sit secundũ eundem Alciat. in d. rub. in caussa dotis, per tex. in L. ad actionem, inf. de dotis promiss. Rectè quidẽ dubitauit Alcia. dum dicebat, forsitan attentare quis posset. Nam ista exceptio non probatur in d. L. ad exactionem, quia non loquitur in pollicitatione, sed in pacto nudo, & ita DD. communiter intelligunt illum textum, licet rubrica

mentio-

mentionem faciat de pollicitatione. Item ista exceptio hodie locum habere non potest, propter Nouell. Iustiniani sanctionem in L. unica, in princ. inf. de rei uxor. actio. ut in caussa dotis semper præsumatur stipulatio, etiamsi appareat nõ intercessisse, lex ista fingit, ergo uerbũ pollicitatio in caussa dotis denotabit stipulationem. In uno casu posset locũ habere, quando dos esset pollicita alicui Virgini pauperrimæ, nam tũc cũ dicatur pia caussa secus si diuiti, ut DD. ita arbitrati sunt, ut Bal. nouell⁹ post alios tradit in trac. dot. in v. part. in priuilegio 78. Decy. in L. ex his, nu. 17. & in L. captatorias, in fin. inf. de testa. milit. dixi in L. 1. solut. mat. & ita intelligitur tex. in L. cũ is, §. mulier, de condit. indebi. ibi pietatis causa. Quod idem intelligitur in alimentis, quæ scilicet pia dicantur, L.

D mella

mella ait ibi pietatis intuitu de alimen. & ciba. lega. & in aliȷs similibus casibus.

Octauus casus erit propter tradi-
43. tionem rei, † ut uidetur esse casus, in d. L. pactum, in iiȷ. respons. sed ut supra dictum est, illa lex loquitur in casu speciali, ut expresse ibi dicitur. Ideo non est trahendus in consequentiam, d. L. Ius singulare, cum uulgar. de legib.

44. † Nonus sit casus de iure Canonico, & ita in terris Ecclesiæ pollicitatio erit efficax, cum Canonistarum sententia sit, ut dictum est, ut ex pollicitatione nascatur naturalis obligatio. Sed tenendo sententiam magis communem, ut supra dictum est, non procederet ista limitatio.

45. Vltra DD. decimus † sit casus accedente Iuramento, prout reperio per

non-

nonnullos hodie hoc idem uoluiſſe Ruinum hic, quamuis ſcripta eius nõ reperiantur, q mouebatur per doctrinam Alexandri, in L. ſtipulatio iſta, §. alteri, de uerb. obligat. ubi uoluit, qđ licet ſtipulatio facta alteri non ualeat, d. §. alteri, et §. ſi quis alij, Inſtit. de inut. ſtipulat. tamen accedente Iuramento ualet & tenet. Pro hac exceptione nõ eſt opus adducere DD. autoritates, quia caſus eſt in c. cũ iuramento, ext. de homicid. ita inducendo, ut arguatur ibi à contrario ſenſu. Nam ſi fuiſſet licita pollicitatio uirtute iuramenti expreſſè Pontifex approbaſſet eam, ſed quia erat illicita, ideo dicitur ibi non eſſe ſeruandam, quia petitio filiæ erat iniuſta, cum peteret caput Ioannis Baptiſtæ, Nec dubium eſt, quin Iuramentum probet magis deliberatum animum pollicentis, quia

iuramentum habet uim actus gemi-
nati,& continet clausulam omni me-
liori modo,ut Bart.singulariter notat
illum textum per L.cum pater,§. filius
matrem,de lega. ij. facit etiam ad hoc
tex. in c. ex rescripto, de iureiur. ubi
mulier iureiurando obligatur, non
obstante SC. Velleiano,& DD.om-
nes dicunt,& ibi dixi in L. sciendum,
46. circa fin.de uerb. oblig. † Et retento
hoc casu speciali,non obstarent quæ-
dam si obijcerentur, Primò qđ huius-
modi pollicitatione simplici, secun-
dum Doctores cõmuniter, ut dictum
est, non sit nata naturalis obligatio,
cum non sit consensus duorum pol-
licitatio,& per cõsequens sit defectus
consensus, quo casu iuramentum ni-
hil operatur,L.fin.cũ ibi not.per glos.
Bart. & alios, inf. de non nu. pecu.L.
fin.qui satisda.cogant. cum similibus.
Ad

Ad hoc reſpondetur quod non deeſt cõſenſus in caſu iſto, nec uoluntas ex parte iurantis,quia ſatis cõſtat de eius mente uirtute iuramenti,& iuramentum nõ ſolum dirigitur in partem, ſed principaliter in Deum,& Iurans Deo obligatur, poſtmodum parti, c. ſi debitores,ext.de iureiur. prout ſupra dictum fuit in pollicitatione facta Deo. Non obſtat quoq; dictum Panor. & aliorum in c. cum cõtingat, de iuram. ut iuramentum in abſentia partis nihil operetur, quia reſpondetur contrarium eſſe uerius, quod probatur. Nam licet confeſsio extraiudicialis facta abſente parte non teneat, L.certum, §. ſi quis abſente,de confeſs.ualet tamen accedente iuramento,ut patet per Felinum & alios in c.ſi cautio. ext.de fide inſtru.

¶ Vndecimus caſus eſt ſi à Principe 47.

facta fuisset pollicitatio, quia tunc nascitur efficax obligatio, cum Principem in primis deceat, seruare promissa, & in eo attendatur Ius gentium & non ciuile, ut Psalmographus inquit, Ea quæ procedunt ex labijs meis non faciam irrita, Item quod legitur,
48. Quod scripsi, scripsi. † Princeps enim debet habere unum calamum, unam linguam non plures. Principis uerbum debet esse immobile sicut polus in cœlis & lapis angularis, ita Bald. in cons. cccxxvij. pridie, col. ij. uers. Item uarietas, lib. i. ubi omnia prædicta Principibus conuenire asserit, cuius dictum sequitur Anchora. in cons. ccxl. Et dictum Baldi sequitur Dec. in cons. Dclxxxix. uiso puncto, nu. 19. lib. 5.
49. † Et hoc multo magis contingit, quam Principes promittunt per uiam contractus, quia tunc

tunc iure gentium & naturali tenentur seruare promissa. Et licet Principes sint legibus soluti. L. Digna uox. sup. de legib. Et Deus illos non subiecerit Legibus, tamen Deus Principi non subiecit contractus. Ita eleganter dicebat Bald. in c.i. in princip. de nat. feu. Cuius dictum refert & sequitur Maria. Soci. Iun. in cons. lxxviij. Inspecto tenore, nu.3. lib.i. debet Princeps seruare ea quæ per uiam contractus promisit, nam in contractibus ut eleganter inquit Bald. in L. ex imperfecto, circa finem, inf. de testam. Princeps utitur iure communi uti priuatus quia æqualitas requiritur, nam contractus qui celebrantur cum Principe habent naturam bonæ fidei, ut not. idem Bald. in c. i. §. si quis notat in prin. de pac. constan.

Decy. in conſ. 286. in cauſa commu-nitatis, nu.vi.lib.ij.& in conſ.404. uiſo eleganti cõſ. nu.viij.lib. iij. Et Princeps in contractibus non poteſt contrauenire. Idem Decy. poſt alios etiam de plenitudine poteſtatis, in conſ. 151. maximi ponderis, nu. xi. lib.i. adducendo Caſtren. in d.l. digna uox, & in conſ. 420. uidetur in antiquis.

50. † Duodecimus ſit caſus extendendo proximè dicta, ut etiam locum habeant in nobilium pollicitationibus et perſonarum illuſtrium, quia eorum dicta & promiſſa pro factis habentur, ut ſingulariter dicebat Andre. de Iſer. in c. i. uerſ. hoc intelligendum, in tit. Qui ſucceſ. teneantur, In uſib. feu. per tex. in L. nemo, de in integ. reſtit. dum dicit, nemo uidetur excluſus ea re, ad quam prætor ſe reſtituturũ pollicetur, quia tex. meo iudicio parum hoc probare

bare uidetur, cum de legis dispositione loquatur. Dictum tamen Andr. de Iser. sequitur in prædicto loco Matthæus de Afflict. col. 4. uers. maxime. Hoc dictum refert & sequitur Tiraquellus in suo compend. de nobilitate, cap. xx. nu. xxiiij.

51. † Decimus tertius sit casus, quando priuatus coram Principe pollicetur, quia tunc non dubitarem, quin is qui pollicetur, efficaciter obligetur, quia constat de deliberata ipsius mente, sicut uidemus in simili idẽ esse in actibus coram Principe gestis. Tũc enim ob præsentiam Principis cessant omnia iuris solennia, ut patet ex lege, non omnium, & ibi DD. inf. de testa. & uidemus in simili confessionẽ extraiudicialem, licet alioquin inualidam, tamen coram iudice factam, ualere & tenere, ut apparet in d. c. si cautio, &

ibi DD. ext. de fid. instru. cur non eodem modo coram Principe facta pollicitatio, pollicentem efficaciter obligaretur.

52. † Decimus quartus & ultimus casus est in curia mercatorum, per doctrinam Bart. in L. quintus, §. quædam, & L. fideiussor. mandati, quia apud mercatores non tam rigor Iuris quàm æquitas seruatur, ut in locis allegatis Bart. inquit, cuius dictũ communiter recipitur. Saly. in L. si pro ea, inf. mand. & in L. bona fides de pos. in L. pecuniæ, §. fi. de alimen. & ciba. lega. Etenim mercatorum fides ita certa est, ut certo quid alicui polliceri uolentes, sub mercatorum fide, prouerbij loco, polliceamur. Interest ipsorum mercatorum fidem seruari, §. argentariorum in auten. de fideiussor. Verùm hæc doctrina ita locum habet,

habet, quando parti præſenti & conſentienti fit pollicitatio. Tunc enim, ut dictum eſt, naſcitur naturalis obligatio, cum ſit conſenſus duorum, qui parte abſente intelligi non poteſt. Sciendum tandem, quod coronidis loco huic materiæ pollicitationis ſubnectam, quod licet pollicitatio non ſit terminus generaliſsimus, neq; etiam genus ſubalternum: Nam terminus conuentionis eſt genus generaliſsimum, ut conſtat ex d. L. i. eod. nec etiam uti uerbum promiſsionis, prout apparet in d. L. ſciendum, in §. dictum, in uerſ. promiſſum. Tametſi uerbum pollicitatio poneretur in inſtrumento, etiamſi non ſit nota ſtipulationis, ſicut uerbum promitto, ut in §. ſcriptum, Inſt. de inutil. ſtipul. † Tamen ex lata ſignificatione 53.

uocabuli,

uocabuli, denotaret nudam pactio-
nem seu nudũ pactum, ita Bald. post
Cyn. dicebat L. i. inf. de dot. promiss.
Idq; ob hanc rationem, ut illud uer-
bum instrumento insertum aliquid
operaretur. Istud dictum Iason & alij
54. in d. rub. sequuntur. † Alciatus uero
ibidem contradicit, contendens istud
uerbum pollicitationis in puris termi-
nis suis manere, eò quod in dubio nõ
sit recedendum à proprietate uerbo-
rum, L. non aliter, L. ille aut ille, §. cum
in uerbis, de lega. iij. Quia instrumen-
ti natura non est, ut aliquid noui in-
ducat circa substantialia contractus,
sed duntaxat ut probet, & arguit ibi
Alcia. ab instrumentorum uocabulo;
Instrumentum dictum esse ab instru-
endo, quia caussam instruit, L. i. de fid.
instru. adducit quoq; in simili tex. in
L. Publia. in fin. depos. ubi confessio
extra-

extraiudicialis non inducit obligatio-
nem, sed inductam probat. Placet mi-
hi dictum Cyni, Baldi, & aliorum, &
probatur in simili. Nam ut uerbum
promitto relatum in instrumentum
designat stipulationem, eodem mo-
do uerbum pollicitatio nudũ pactum.
Quod autem pollicitationis uerbum
interdum sumatur pro nudo pacto,
est bonus tex. in L. fin. & ibi DD. inf.
ad Velleia. Et omnino pollicitatio in
instrumento debet denotare nudum
pactum, eò quia non absq; mysterio
partes curarunt fieri instrumentum, et
præsumitur præsentia partium, quo
casu, ut dictum est, DD. communiter
uolunt, pollicitationem parte præsen-
te factam transire in nudum pactum.
† In hac uero disputatione utilitas 55.
magna uersatur, utrum uerbum istud
pollicitatio, in instrumento denotet
pactum

pactum nudum, an uero simplicē pollicitationem, propter plures effectus, qui in nudo pacto considerantur. Quid autem significet terminus iste promisit, non opus est longa disputatione, cum de eo habeamus expressum textum, in d. L. sciendum, §. dictum, uers. promissum, ubi apparet istud uerbum promissum esse genus subalternum, quia continet nudum pactum stipulationis & pollicitationis.

Nunc ratione ordinis superius à nobis instituti ad materiam constituti deuentum est, quam simili breuitate & perspicuitate, qua superiora perstringemus. † Dicitur igitur constitutum, quando quis illud, ad quod naturaliter solum, uel naturaliter & ciuiliter simul tenebatur, non solum pro se, uerum etiam pro alio se soluturum

56.

turum

turum promittit, §. de conſtituta. inſt. de actio. L. i. §. debitum, de conſtit. pecun. Iſtud remedium à Prętore introductum eſt, ut patet in d. §. de conſtituta, ubi dicitur, quod quando conſtituto accedit ſtipulatio, tunc promittens non Iure prætorio, ſed iure ciuili teneatur, quia tunc ut dici ſolet, remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium. Ad conſtituti intellectum ſciendum eſt, conſtitutum locum habere ex quocunq; contractu & ex quacunq; cauſſa quis conſtituerit ſe ſoluturum pro ſe uel pro alio, d. L. i. §. debitum. Et neceſſe eſt, ut dictum eſt, ut procedat naturale debitum ſolum uel naturale & ciuile: ſecus ſi ciuile tantum præcederet: quia pro ciuili obligatione tantum, conſtiſtitutum locum habere non poteſt, ut apparet in d. §. debitum.

57. † Quæ autem ſit ratio, cur pro ciuili tantum debito conſtitutum conſiderari nō poſsit, nulla ratio alia tradi poteſt, quàm quia conſtitutum fuit à Prætore, Prætores autem ſemper reſpicere ſolent æquitatem, L. quod ſi Epheſi, cum ſimilib. de eo quod cert. loc. Et hoc probatur in d. L. i. de conſtitut. pecu. Ibi, hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati etc. Et ideo cum in debito ciuili duntaxat rigor iuris ciuilis ſeruetur, Ideo Prætoris remedium locum non habet. Quando autem dicatur debitum ciuile tantum, exemplum poni poteſt in obligatione literarum, in ſententia, in peculio

58. & ſimilibus. † Recentiores in d. rub. inferunt, quod cū conſtitutum, ut dictum eſt, præſupponeret debitū procederet, uel pro ſe uel pro alio, quod locum habeat, quando quis ſcienter conſti-

constitueret se soluturum, uel pro se uel pro alio, ad quod in ueritate tenebatur, secus uero si sciebat se non teneri ullo modo, nec ꝑ se nec pro alio, quia hoc modo constituendo uideretur donare, per reg. in L. i, de condict. indeb. & in reg. L. cuius per errorem, de reg. iur. propterea nasceretur actio de iure Ciuili non iure Prætorio. Quia dispositio d. L. si quis argentum, inf. de donat. extenderetur ad istum casum, ut ex pacto nudo in donatione nasceretur actio. † Errant prædicti, meo iudicio. Nam dispositio d. L. si quis argentum, non habet locum in præsumpta donatione, sed in uera ut supra quoq; dictū est per doctrinam Bart. in d. L. Iurisgentium, §. quinimo. Et idem Bart. in L. si tibi, in princ. eod. tit. nost. ubi rationem adducebat, ne duo specialia inducerentur cōtra no- 59.

E tata

tata in d. L. i. inf. de dot. promiſs. Et Bart. ſententiam in d. §. quinimò, Pluribus medijs ſequitur Corne. in conſ. xxiiij. uiſo puncto, col. ij. lib. i. et in cõſ. xxxv. circa princip. col. xi. eod. lib. & idem Corn. in conſ. ccxxviij. uiſo, col. iij. lib. iij. Soci. in conſ. cxlv. uiſo, col. iij. lib. i. Alex. in conſ. cxiij. perſpectis his, lib. vi. Hoc idem late dicunt Hiſpani in d. §. de conſtituta, nu. 39.

60. † Præterea ad conſtituti ualiditatem requiritur, ut ita demum conſtitutum intelligatur, quod ex interuallo temporis ſit, & differentia ſit inter primam & ſecundam obligationem, ſecus uerò ſi conſtitutum in continenti fiat, quo quis conſtitueret ſe ſoluturum pro ſe uel pro alio. Ita Bald. Nouell. in d. Rub. quem refert & ſequitur Maria. Socin. Iun. ibidem, qui adducunt notata per gloſ. in L. ſi conuenerit,

uenerit, de pignorati. act. Allegant item tex. in c.fin.ext.de succefs. ab intesta. qui tamen textus sanè aut parum aut nihil probat ipsorum intentionem. Potuissent meliori textu suam sententiam confirmare, nimirum in d.L.si mulier, ad Velleiàn. considerata diligenter ratione illius legis, ubi actus geminatus ex interuallo temporis operatur. † Iste intellectus ad constitutum uidetur nimis restringere Prætoris edictum, cum Prætor indistinctè statuerit, ut ex. d. L.i. & per tot.tit.de constit.pecun. satis manifestum est, ubi nulla differentia est, an constitutum interuenerit in continenti, an uero ex interuallo temporis. Et si huiusmodi distinctio uera esset, procul dubio Iurisconsulti in illo titulo hoc declarassent, prout plures declarationes ad illud edictum 61.

addiderunt. Præterea uidetur etiam esse contra mentem Prætoris, dum in d.L.i.de cõstit. pecu. asignans rationem, quare qui cõstituit se soluturum pro se uel pro alio seruare debeat promissa, dicit eam esse, quia graue sit fidem fallere. Quę ratio uniuersalis est, siue constitutum sit in continenti, si-
62. ue ex temporis interuallo. † Cęterum cur in constituto lex tam stricte mandauerit, ut ex constituto efficax obligatio nasceretur, contra iuris regulas, statuentis, ex pactis nudis non nasci efficacẽ obligationem, d.L.Iuris gentium, §. igitur nuda pactio, In hac ratione inuestiganda DD. plurimum laborant. Albertus de Rosate in d.§. quinimò. Raph. Cuma. in d.Rub. Romanus in L.i.de uerb.oblig. in princ. col.penult. & in L. si uero, in iiij. fallentia, solut.matr. Isti omnes hanc dabant

bant rationem, quod hoc cõtingeret
propter pactum nudum geminatum.
Idemq́ dicebat Castren. in L.i.de cõ-
stit.pecu. Idem Mathesil.in suo sing.
xxxvij.Idem Alex.in pluribus locis,in
d.§.igitur nuda,col.vij.in fin.in L.Le-
gem, eod. tit. nost. Idem tenent Ca-
nonistæ, ut patet per omnes,in c.per
tuas,ext.de arbitr.& in c.cum contin-
gat,ext.de iureiuran. † Quorum om- 63.
nium ratio ita cõfirmari potest, quod
obligatio naturalis geminata produ-
cat actionem, ut not. in L. fin. & ibi
Bald. & Ang. inf. ad L. falcid. indu-
cendo illum tex. hoc modo, quod ibi
sit duplex naturalis obligatio, prima
probatur, quia illud, quod resecatur
per falcidiam naturaliter est debitum,
ut communiter omnes tradunt in L.
i. inf. ad L. falcid. Secunda probatur
intelligendo ibi textum in uerb. cau-

tionem, scilicet pactum nudum. Confirmatur quoque ista ratio ex doctrina Bart. post glos. in L. sancimus, inf. de agric. & cens. lib. xi. ubi probatur, quod licet confessio extraiudicialis non obliget efficaciter, d. L. si quis certum, §. si absente, de confess. tamen geminata plenè probat. Ad hoc plura adduci possent, quod uerbum geminatum & actus geminatus plus operantur quam uerbum simplex & simplex actus. Iason in d. rub. & in d. §. igitur nuda pactio, satis subtiliter uidetur confundere rationem supra adductam, quæ communiter recipitur. Negat enim quod duæ naturales obligationes, & sic pactũ nudum geminatũ pariat constitutũ, affirmans nullo modo locũ esse constituto, propter actuum geminationẽ, sed ita demum si constiterit de animo promittentis, uolentis

uolentis facere constitutum, & in his terminis loqui d.L.i.§.debitũ. Pro hac opinione idẽ Iason adducit textũ, iuncta glo.in L.si tibi, inf.locati, ubi Cyn. & Alberi. Plura aũt adducit ad cõfundendam rationẽ Doctorum & illam decisionem, qđ ex nudo pacto geminato nascatur efficax obligatio, & pro hac sententia potissimũ adducit duo Iura, quibus plurimum nititur ac confidit, nempe tex.in L.si pacto quo pœnam, inf. eod. tit.nost.& L.si ueritas, inf.de fidecõmiss. & hoc idem repetit in pluribus locis. Tertiò adducit Iason rationem naturalem, ut duæ obligationes naturales, tanq̃ fœminæ, non possint parare obligationẽ efficacem sine masculo. Rationem aũt constituti fuisse, cur ex actu geminato nascatur efficax obligatio, † quia constitutũ est cõtractus nominatus à iure Prætorio 64.

[illegible] Bar. in d. §. Igi-
[illegible], & ius Praetorium est
[illegible] ciuilis. L. nam & ipsum,
de iust. & iur. Sed si [illegible] esset
[illegible] iuris ciuilis, prout est
fideiussio, [illegible] actus iuris ciuilis,
& non Praetorij, & omnino Iason ne-
gat [illegible] esse rationem à DD. tradi-
tam, nec in se uerum esse duas natura-
les obligationes, & sic duo pacta nu-
da geminata producere efficacẽ obli-
gationem. Neq; secundũ ipsum ob-
stat tex. in d. L. fin. inf. ad L. falcid. Nã
negat ibi duo esse pacta nuda gemi-
nata, sed uerbum cautionem ibi accipi
pro stipulatione, L. sancim⁹, ubi glos.
inf. de uerb. signif. Et ita Roma. redar-
guebat Baldi intellectũ ad dictam, L.
fin, per d. L. sancimus, iuncta glos. de
cuius intell[illegible] inf. dicam. Commu-
n[illegible]ctur Alcia. in d.
Rub.

Rub. quod mirum est, cũ semper solea at Iasonis sententiam, ut eius auditor, defendere, secutus in hoc præceptum IC. in L. dicere sententiam, de arbit. et respondet omnibus argumentis adductis per Ias. & præsertim respondet ad d. L. si pacto quo pœnam, & ad d. L. si ueritas. Hunc articulum ualde disputabilem recentiores omnes in d. rub. multis uerbis diligenter examinant, quem nos breuitatis studiosi in angustum contrahemus, & ne in ipsis terminis hallucinemur, perspicuitatis gratia ipsum in duas partes diuidendum putauimus, Primum enim inquirere statuimus, utrum pactum nudum geminatum inducat constitutum, Deinde utrum duo pacta nuda producant efficacem obligationem.

† Quod ad primũ attinet, in eadem sententia sumus cum Ias. & aliјs, con- 65.

tra DD. qui perperam asseruerūt, pactum nudum geminatum simpliciter prolatum in constituti speciem incidere, quod nos erroneum esse, & pactum quantumuis nudum in suis terminis permanere constanter asseueramus. Nam constitutum non solum introductū fuit pro obligatione propria pręcedenti, uerum etiam pro aliena, ut manifestum est, in d.§.de constituta. & d.L.i. de constit.pecu.quo casu pacti geminati ratio nullum locum habere potest, cum tendant ad geminatam promissionem promittentis ex eadem persona. Verùm ita demum constitutum introducatur per duos actus geminatos, si appareat animus promittentis, ut uoluerit introducere constitutum, aliàs non induceretur etiam ex eadem persona promittentis, multò minus pro alio,

ut

ut colligitur ex L. sin tibi, iuncta glos. & DD. ibi inf. Locati. Et constitutum habet certam formam & specialem, nec aliis uerbis introducitur, nisi quis dixerit, constituo me soluturum pro me uel pro alio, ut in dictis iuribus manifestè apparet. Necesse est ergo ut prædicta forma specialis interueniat, non autem, quod pacto nudo per secundam obligationem promiserit satis est, ut inf. dicam, declarando rationem rationis constituti, cur nimirum Prætor propter geminatos actus in constituto introduxerit obligationem, & ius ciuile approbauerit. Et pro hac sententia ultra Ias. facit, quod quando alicui actui à lege tradita est forma, si ille actus non ualet, quia peccatum est in forma, actus non ualet etiam eo modo ut ualere posßit, quia lex non præsumit promittentem

habere

habere animũ contrahendi, L. an inutilis, in princ. & ibi glos. & DD. omnes, de acceptil. ubi tex. dicit si peccatum est in forma acceptilationis, non ualebit etiã uti pactum, quia pascendi animum non habuit. Et ita per illum tex. Bart. tradit singularem doctrinam in L. i. §. si quis ita, de uerb. obligat. Vera igitur ratio cur in constituto nascatur obligatio efficax, est propter magis deliberatam mentem constituentis. Nam quando ego cõstituo me soluturum pro me uel pro alio, quod debeo, uel alter debet, ex illa forma & animo magis cõstat, ut dixi deliberata mens constituentis, quàm si quis pluribus uicibus nudis pactionibus simpliciter polliceatur, prout in simili habetur in ratione textus, in L. si mulier, inf. ad Velleia. ubi Lex propter mentem mulieris magis deliberatam recedit

dit à SC. Velleia. & fingit eo casu mulierem intercessisse pro caussa propria, non autem aliena, & hoc est propter mentem magis deliberatam, quæ ratio satis colligitur ex d. L. i. de cōstit. pecu. Nam constituere significat factum quoddam quod satis ex illis uerbis textus apparet, facta consensu custodit, & ibi IC. propterea asignabat rationem, graue est fidem fallere. Hęc autem ratio nō est generalis, sed specialis. Nam si esset generalis sequeretur ex pacto nudo simplici nasci obligationem efficacem, cum etiam in pacto nudo eandem rationem locū habere manifestum est, ex L. i. eod. tit. nost. Et tamē uidemus ex simplici pacto nudo regulariter non nasci actionem efficacem, d. §. igitur nuda pactio. Comprobatur ista ratio ex uocabuli Etymologia ac uirtute. Nā uerbum

bum constituere nihil aliud significat, quàm cum deliberatione decernere, & quandam animi magis deliberatam dispositionẽ denotare. Hinc est quod dicimus, constitutiones tales factas esse seu decreta. Et pluribus authoritatibus expolitioribus literis adductis demonstrari posset, uerbum illud constituo, denotare mentem magis deliberatam, quàm alia quæuis uerba. Reliquis omnibus omissis unum Terentianum huc transferre libuit. Is in Phor. inquit: Nam illa dotem constituerunt dare. Atq; etiam tex. in d. L. i. iuncta ratione, satis indicat, huius uerbi constituere maiorem esse energiam, quàm alius cuiuspiam. Nam dum tex. dicit facta consensu custodit, uidetur semper præcedere aliqua interrogatio & requisitio quando quis intercedit pro alio. Ex his igitur

tur omnibus satis apparet, quod ad priorem huius disputationis partem attinet, sententiam meam Doctorum sententiæ esse contrariam.

† Altera disputationis propositæ pars est, an pactum geminatum producat actionem efficacem. Cuius affirmatiuam partem DD. indifferenter omnes tenent, pactum scilicet geminatum non minus quàm uestitum actionẽ procreare. Ita Bald. Ang. Imo. Roma. in d. L. fin. per illum tex. inf. ad L. Falcidiam. Baldus & Canonistæ omnes in c. per tuas, ext. de arbitr. c. cum cõtingat, ext. de iureiur. Castren. in L. i. de const. pecu. Alex. in d. L. Iurisgentium, §. igitur nuda pactio, in vi. limitat. & in L. Legem, inf. eod. Idem fatetur Iason, qui Iason tamen in d. Rub. licet aliquantulum confusè clarius in alijs locis, contrarium 66.

tenuit,

tata in d. L. i. inf. de dot. promiss. Et Bart. sententiam in d. §. quinimò, Pluribus medijs sequitur Corne. in cons. xxiiij. uiso puncto, col. ij. lib. i. et in cõs. xxxv. circa princip. col. xi. eod. lib. & idem Corn. in cons. ccxxviij. uiso, col. iij. lib. iij. Soci. in cons. cxlv. uiso, col. iij. lib. i. Alex. in cons. cxiij. perspectis his, lib. vi. Hoc idem late dicunt Hispani in d. §. de constituta, nu. 39.

60. † Præterea ad constituti ualiditatem requiritur, ut ita demum constitutum intelligatur, quod ex interuallo temporis sit, & differentia sit inter primam & secundam obligationem, secus uerò si constitutum in continenti fiat, quo quis constitueret se soluturum pro se uel pro alio. Ita Bald. Nouell. in d. Rub. quem refert & sequitur Maria. Socin. Iun. ibidem, qui adducunt notata per glos. in L. si conuenerit,

uenerit, de pignorati. act. Allegant item tex. in c.fin.ext.de succes. ab intesta. qui tamen textus sanè aut parum aut nihil probat ipsorum intentionem. Potuissent meliori textu suam sententiam confirmare, nimirum in d. L. si mulier, ad Velleiàn. considerata diligenter ratione illius legis, ubi actus geminatus ex interuallo temporis operatur. † Iste intellectus 61.
ad constitutum uidetur nimis restringere Prætoris edictum, cum Prætor indistinctè statuerit, ut ex. d. L. i. & per tot. tit. de constit. pecun. satis manifestum est, ubi nulla differentia est, an constitutum interuenerit in continenti, an uero ex interuallo temporis. Et si huiusmodi distinctio uera esset, procul dubio Iurisconsulti in illo titulo hoc declarassent, prout plures declarationes ad illud edictum

addiderunt. Præterea uidetur etiam esse contra mentem Prætoris, dum in d.L.i.de cōstit. pecu. asignans rationem, quare qui cōstituit se soluturum pro se uel pro alio seruare debeat promissa, dicit eam esse, quia graue sit fidem fallere. Quę ratio uniuersalis est, siue constitutum sit in continenti, si-
62. ue ex temporis interuallo. † Cęterum cur in constituto lex tam stricte mandauerit, ut ex constituto efficax obligatio nasceretur, contra iuris regulas, statuentis, ex pactis nudis non nasci efficacē obligationem, d.L. Iuris gentium, §. igitur nuda pactio, In hac ratione inuestiganda DD. plurimum laborant. Albertus de Rosate in d.§. quinimò. Raph. Cuma. in d. Rub. Romanus in L.i. de uerb. oblig. in princ. col. penult. & in L. si uero, in iij. fallentia, solut. matr. Isti omnes hanc dabant

bant rationem, quod hoc cõtingeret propter pactum nudum geminatum. Idemq; dicebat Castren. in L.i.de cõstit.pecu. Idem Mathesil.in suo sing. xxxvij.Idem Alex.in pluribus locis,in d.§.igitur nuda,col.vij.in fin.in L.Legem, eod. tit. nost. Idem tenent Canonistæ, ut patet per omnes,in c.per tuas,ext.de arbitr.& in c.cum contingat,ext.de iureiuran. † Quorum omnium ratio ita cõfirmari potest, quod obligatio naturalis geminata producat actionem, ut not. in L. fin. & ibi Bald. & Ang. inf. ad L. falcid. inducendo illum tex. hoc modo, quod ibi sit duplex naturalis obligatio, prima probatur, quia illud, quod resecatur per falcidiam naturaliter est debitum, ut communiter omnes tradunt in L. i. inf. ad L. falcid. Secunda probatur intelligendo ibi textum in uerb. cau- 63.

tionem, scilicet pactum nudum. Confirmatur quoque ista ratio ex doctrina Bart. post glos. in L. sancimus, inf. de agric. & cens. lib. xi. ubi probatur, quod licet confessio extraiudicialis non obliget efficaciter, d. L. si quis certum, §. si absente, de confess. tamen geminata plenè probat. Ad hoc plura adduci possent, quod uerbum geminatum & actus geminatus plus operantur quam uerbum simplex & simplex actus. Iason in d. rub. & in d. §. igitur nuda pactio, satis subtiliter uidetur confundere rationem supra adductam, quæ communiter recipitur. Negat enim quod duæ naturales obligationes, & sic pactũ nudum geminatũ pariat constitutũ, affirmans nullo modo locũ esse constituto, propter actuum geminationẽ, sed ita demum si constiterit de animo promittentis, uolentis

uolentis facere constitutum, & in his terminis loqui d.L.i.§.debitū.Pro hac opinione idē Iason adducit textū,iunctaglo.in L.si tibi,inf.locati,ubi Cyn. & Alberi.Plura aūt adducit ad cōfundendam rationē Doctorum & illam decisionem,qd' ex nudo pacto geminato nascatur efficax obligatio,& pro hac sententia potissimū adducit duo Iura,quibus plurimum nititur ac confidit,nempe tex.in L.si pacto quo pœnam, inf. eod. tit.nost.& L.si ueritas, inf.de fidecōmiss. & hoc idem repetit in pluribus locis. Tertiò adducit Iason rationem naturalem, ut duæ obligationes naturales, tanq̃ fœminæ,non possint parare obligationē efficacem sine masculo.Rationem aūt constituti fuisse, cur ex actu geminato nascatur efficax obligatio,† quia constitutū est 64. cōtractus nominatus à iure Prætorio

introductus, ut uoluit Bart. in d. §. Igitur nuda pactio, & ius Prætorium est uiua uox iuris ciuilis. L. nam & ipsum, de iust. & iur. Sed si constitutum esset mera constitutio iuris ciuilis, prout est fideiussio, diceretur actus iuris ciuilis, & non Prętorij, & omnino Iason negat ueram esse rationem à DD. traditam, nec in se uerum esse duas naturales obligationes, & sic duo pacta nuda geminata producere efficacē obligationem. Necq; secundū ipsum obstat tex. in d. L. fin. inf. ad L. falcid. Nā negat ibi duo esse pacta nuda geminata, sed uerbum cautionem ibi accipi pro stipulatione, L. sancim⁹, ubi glos. inf. de uerb. signif. Et ita Roma. redarguebat Baldi intellectū ad dictam, L. fin; per d. L. sancimus, iuncta glos. de cuius intellectu inf. dicam. Communem sententiam tuetur Alcia. in d. Rub.

Rub. quod mirum est, cũ semper soleat Iasonis sententiam, ut eius auditor, defendere, secutus in hoc præceptum IC. in L. dicere sententiam, de arbit. et respondet omnibus argumentis adductis per Ias. & præsertim respondet ad d. L. si pacto quo pœnam, & ad d. L. si ueritas. Hunc articulum ualde disputabilem recentiores omnes in d. rub. multis uerbis diligenter examinant, quem nos breuitatis studiosi in angustum contrahemus, & ne in ipsis terminis hallucinemur, perspicuitatis gratia ipsum in duas partes diuidendum putauimus, Primùm enim inquirere statuimus, utrum pactum nudum geminatum inducat constitutum, Deinde utrum duo pacta nuda producant efficacem obligationem.

† Quod ad primũ attinet, in eadem sententia sumus cum Ias. & alijs, con- 65.

tra DD. qui perperam asseruerũt, pactum nudum geminatum simpliciter prolatum in constituti speciem incidere, quod nos erroneum esse, & pactum quantumuis nudum in suis terminis permanere constanter asseueramus. Nam constitutum non solum introductũ fuit pro obligatione propria pręcedenti, uerum etiam pro aliena, ut manifestum est, in d.§. de constituta. & d. L. i. de constit. pecu. quo casu pacti geminati ratio nullum locum habere potest, cum tendant ad geminatam promissionem promittentis ex eadem persona. Verùm ita demum constitutum introducatur per duos actus geminatos, si appareat animus promittentis, ut uoluerit introducere constitutum, aliàs non induceretur etiam ex eadem persona promittentis, multò minus pro alio, ut

ut colligitur ex L. sin tibi, iuncta glos. & DD. ibi inf. Locati. Et constitutum habet certam formam & specialem, nec alijs uerbis introducitur, nisi quis dixerit, constituo me soluturum pro me uel pro alio, ut in dictis iuribus manifestè apparet. Necesse est ergo ut prædicta forma specialis interueniat, non autem, quod pacto nudo per secundam obligationem promiserit satis est, ut inf. dicam, declarando rationem rationis constituti, cur nimirum Prætor propter geminatos actus in constituto introduxerit obligationem, & ius ciuile approbauerit. Et pro hac sententia ultra Ias. facit, quod quando alicui actui à lege tradita est forma, si ille actus non ualet, quia peccatum est in forma, actus non ualet etiam eo modo ut ualere poßit, quia lex non præsumit promittentem habere

habēre animū contrahendi, L. an inutilis, in princ. & ibi glos. & DD. omnes, de acceptil. ubi tex. dicit si peccatum est in forma acceptilationis, non ualebit etiā uti pactum, quia pascendi animum non habuit. Et ita per illum tex. Bart. tradit singularem doctrinam in L. i. §. si quis ita, de uerb. obligat. Vera igitur ratio cur in constituto nascatur obligatio efficax, est propter magis deliberatam mentem constituentis. Nam quando ego cōstituo me soluturum pro me uel pro alio, quod debeo, uel alter debet, ex illa forma & animo magis cōstat, ut dixi deliberata mens constituentis, quàm si quis pluribus uicibus nudis pactionibus simpliciter polliceatur, prout in simili habetur in ratione textus, in L. si mulier, inf. ad Velleia. ubi Lex propter mentem mulieris magis deliberatam recedit

dit à SC. Velleia. & fingit eo casu mu-
lierem intercessisse pro caussa pro-
pria, non autem aliena, & hoc est pro-
pter mentem magis deliberatam, quæ
ratio satis colligitur ex d. L. i. de cõstit.
pecu. Nam constituere significat fa-
ctum quoddam quod satis ex illis uer-
bis textus apparet, facta consensu cu-
stodit, & ibi IC. propterea assignabat
rationem, graue est fidem fallere. Hęc
autem ratio nõ est generalis, sed spe-
cialis. Nam si esset generalis sequere-
tur ex pacto nudo simplici nasci obli-
gationem efficacem, cum etiam in pa-
cto nudo eandem rationem locũ ha-
bere manifestum est, ex L. i. eod. tit.
nost. Et tamẽ uidemus ex simplici pa-
cto nudo regulariter non nasci actio-
nem efficacem, d. §. igitur nuda pa-
ctio. Comprobatur ista ratio ex uoca-
buli Etymologia ac uirtute. Nã uer-
bum

bum constituere nihil aliud significat, quàm cum deliberatione decernere, & quandam animi magis deliberatam dispositionē denotare. Hinc est quod dicimus, constitutiones tales factas esse seu decreta. Et pluribus authoritatibus expolitioribus literis adductis demonstrari posset, uerbum illud constituo, denotare mentem magis deliberatam, quàm alia quæuis uerba. Reliquis omnibus omissis unum Terentianum huc transferre libuit. Is in Phor. inquit: Nam illa dotem constituerunt dare. Atq; etiam tex. in d. L. i. iuncta ratione, satis indicat, huius uerbi constituere maiorem esse energiam, quàm alius cuiuspiam. Nam dum tex. dicit facta consensu custodit, uidetur semper præcedere aliqua interrogatio & requisitio quando quis intercedit pro alio. Ex his igitur

tur omnibus ſatis apparet, quod ad priorem huius diſputationis partem attinet, ſententiam meam Doctorum ſententiæ eſſe contrariam.

† Altera diſputationis propoſitæ pars eſt, an pactum geminatum producat actionem efficacem. Cuius affirmatiuam partem DD. indifferenter omnes tenent, pactum ſcilicet geminatum non minus quàm ueſtitum actionẽ procreare. Ita Bald. Ang. Imo. Roma. in d. L. fin. per illum tex. inf. ad L. Falcidiam. Baldus & Canoniſtæ omnes in c. per tuas, ext. de arbitr. c. cum cõtingat, ext. de iureiur. Caſtren. in L. i. de conſt. pecu. Alex. in d. L. Iuriſgentium, §. igitur nuda pactio, in vi. limitat. & in L. Legem, inf. eod. Idem fatetur Iaſon, qui Iaſon tamen in d. Rub. licet aliquantulum confuſè clarius in alijs locis, contrarium 66.

tenuit,

tenuit, ſcilicet ex duobus nudis pactis geminatis actionem nõ produci per prædicta iura, in L. ſi pacto, & in d. L. ſi ueritas, per dictam rationem, quod ex pacto geminato naſcuntur duę naturales obligationes, atq; ita duæ fœminæ & matres, quæ generare non poſſunt. Licet autem ipſe nõ dicat, ſic tamen ipſis argumentum probari poteſt. Nam impoſsibilitas ſecundũ naturam à lege non ſtatuitur, L. nam adoptio, de adoptio. §. ſi minorem, Inſt. de adoptio. facit L. qui certum, cum ſimilib. Locati. Et in hac ſententia plures recentiores fuerunt, ut Riparius, & clariſsimus D. Alba, nec nõ nouiſsimè recentiores Bononienſes ut præallegata Rub. ubi omnes unanimiter dicunt, fieri non poſſe, ut pactum nudum geminatũ producat efficacem obligationem, contra pactorum

rum nudorũ naturam, nec, ut dictum est, duo pacta nuda geminata inducũt cõstitutum, si omittatur specialis forma constituti, quia aliter non constat de animo constituentis, nec recedendum est à regulis Iuris, cum Lex Ciuilis denegauit uestimentum pactis nudis, & cũ lege hoc non caueatur standum est regulis Iuris, nisi contrarium probetur, per not. DD. in L. omnis definitio, & L. i. de reg. Iur. Nã quando quis uult excipere casus à regula, tenetur probare. † Licet quantum ad 67.
priorem partem istius quęstionis, placeat mihi sententia Iasonis, quæ fuit (quamuis ipse nõn dicat) Socini antiqui hic, & Baldi, Nouelli & aliorum in d. Rubrica de uerb. obligat. ut nullo modo pactum geminatum inducat constitutũ, per supradicta, tamen quo ad secundam partẽ dissentio à Iasone

 & alijs,

& alijs, ac defendo communem sententiam DD. ut pactũ nudum geminatum efficacẽ obligationem producat, non aliter quàm si uestitum esset, idq; non ex ui constituti, sed ex Legis dispositione; ad quam sententiã quid me moueat, paucis recitabo. Primùm quia geminatus actus plus operatur quam simplex, per supra adductã doctrinam Bartoli, in d. L. sancimus, C. de agric. et censit. lib. xi. Secundò moueor per regulam illam uulgarem, quod uerba geminata semper debent aliquid operari, L. Balista, ubi DD. ad Trebell. in c. si pacta, ext. de princip. in vi. Tertiò mouet me text. ubi casus pro hac sententia, in d. L. fin. inf. ad L. falcid. ubi apparet duas obligationes naturales simul cõiunctas producere ciuilem effectum. Etsi uero Iason & alij conantur respondere ad illum textum,

textum, quod secunda obligatio non sit perfecta ex nudo pacto, sed ex stipulatione ponderando ibi uerbũ illud, cautionẽ, quo stipulatio solet denotari, per not. in L. sancimus, inf. de uer. signifi. Mihi tñ placet sententia Baldi et Angeli, ut ibi uerbũ illud, cautio, intelligatur ꝑ nuda promissione, & proprijs ibi est tex. qui sic habet, qđ si cautio simpliciter proferatur, quæ uerba satis indicant, intelligi ibi nudã promissionem. Et iste est cõmunis, imò omnium intellectus, prout apparet ibi per Bart. Bald. Ang. Salic. Castrens. & Iason, in d. L. sancim⁹, & hoc modo intelligendo, ibi est tex. cõtra Ias. & alios, Si quis tñ mallet alio modo respõdere, posset euitare illũ tex. alio modo, qđ ibi non loquat᷑ textus in termiuis nostrę quæstionis, qa loquitur in pacto nudo geminato ex eadẽ persona ꝓmittentis,

ibi uero ex diuersis personis. Prima obligatio prouenit ex uolũtate testatoris, secunda uero ex uoluntate hæredis, & ideo cum loquitur in diuersis terminis et inter diuersas personas, uidetur cessare ratio quæ consideratur in pacto nudo geminato, ut inf. dicã. Quia ex actu geminato magis deliberata mens nostra intelligitur, quæ ratio non habet locũ inter diuersas personas. Defendendo tamen communem sententiam responderi potest ad istud argumentũ, quòd ratio legis est consideranda, satis est quòd ibi dicitur duas obligationes naturales producere efficacem effectũ, tanto ergo magis cũ sumus in pacto geminato pro-
65. uenienti ex eadem persona.† Quartò etiam possumus adducere plura similia, in quibus casibus actus geminati & uerba geminata plus operantur. Et

primò

primò dictum Bart. de cõfeſsione ge-
minata, ext. iudiciali, in d. L. ſancimus.
Item uidemus, qđ licet in obligatione
literarum detur exceptio non nume-
ratę pecunię infra tempus à Lege prę-
fixum, L. in contractibus, inſ. de non
nu. pecu. tamen ſi interuenerit dupli-
cata confeſsio, nõ competit exceptio,
per gloſ. Bart. & DD. in d. L. in cõtra-
ctibus. Item uerba enunciatiua nõ in-
ducunt diſpoſitionẽ, L. ex hac ſcriptu-
ra, ubi DD. de donat. L. ex his, inſ. de
teſta. milit. Et tamen uerba geminata
operantur diſpoſitionem, L. i. inſ. de
plus petit. Panor. in c. cum dilectus, in
fin. de ſucceſs. ab inteſta. & in c. per
tuas, ext. de arbit. Roma. in conſ. lxv.
uiſo themate, col. ij. cum ſimilib. Fel.
in d. c. ſi cautio, ext. de fide inſtrumen.
Alex. in conſ. xix. col. vi. lib. vi. Late Ia-
ſon & Decius in d. L. ex his, nu. 10. Et

pro hac ſententia facit optime textus in c. etſi Chriſtus, de iureiur. ſermo geminatus prolatus uidetur cum maiori animi deliberatione, per quem tex. Panor. uoluit in conſ. lviij. col. ij. lib. i. Vt ſi teſtator in legato utatur uerbis geminatis denotantib. unionem legati, fortior & potentior redditur diſpoſitio ipſius teſtatoris. Item probatur in ſpecie, licet pactum nudum de non petendo non inducat liberationem ipſo iure, d. L. Iuriſgentium, §. pactus ne peteret, tamen ſi erit geminatum induceret liberationē ipſo iure. Ita Ang. Caſtr. & alij dicunt, in L. Legatum, de pactis. Item iſta ſententia probatur in d. L. i. §. debitum. Et in Inſtit. in d. §. de conſtituta, iuncta L. qui autem, §. fin. de conſtit. pecu. ubi conſtat Iura generaliter loquentia de pacto nudo, ut ex eo nō naſcat̄ actio,

non

non extendi ad illum casum, in quo fuerit pactum geminatum. Licet ad istud fundamentum facile responderi posit, quod procedat in uim constituti, sed negatur pactum geminatum habere uim & robur constituti, si non appareat expresse partes habere animum constituendi, ut supra idem tenui. Item pro hac sententia facit dictum Baldi, in tit. de pace constantiæ, in uerb. cassetis & irritetis, quod uerborum geminatio sapit præcisam & omnimodam deliberationẽ superioris, ut de uirtute uerborum geminatorum laté tradit Anto. Corsetus siculus, in compendio de uerbis geminatis.

Præterea, quod ex pactis nudis geminatis nascatur efficax obligatio, probatur uiua ratione. † Nam si 69.

queramus, cur ex pacto nudo simplici iure ciuili actio nō detur, ratio alia dari non potest, nisi quod Lex ciuilis indistincte non approbauit omnes conuentiones, sed eas duntaxat, quæ in speciale nomen contractus transirent & recederent à Iure gentium, quod indistinctè omnia pacta confirmabat, tantum ad bonam fidem respiciens, ut patet in d. L. i. eod. tit. nost. & clarius in d. L. cū amplius, §. is natura debet, de reg. iur. Ius autem Ciuile cautius agere uoluit, noluit ex omnibus hominum cōuentionibus statim efficacem obligationē nasci, sed ex his tantum, in quibus constaret de deliberata mente cōtrahentium, quemadmodum in conuentionibus bonæ fidei, ut sunt contractus emptionis & uenditionis, locati & conducti, & similes. In his enim bona fides exuberabat,

quam=

quamobrem etiam in speciale nomen contractus abierunt, ut patet in d.L. Iuris gentium, in princip. Ad confirmandas autem omnes nudas cōuentiones, ius Ciuile introduxit remediū uniuersale, uidelicet contractū stipulationis, ex quo omnes cōuentiones qualescunq; nudę, quasi uestiuntur et corroborantur à lege, prout Bart. sæpe adductus dicebat, in L. i. inf. de cōdict. ob caus. Quapropter secundum notariorum cōsuetudinem ac stylum nullus hodie reperitur contractus innominatus, cum semper notarij in fine soleant apponere hāc aut similem clausulam: & prædicta partes promiserunt per solennem stipulationem. Neq; ob aliā causam lex ciuilis introduxit stipulationem, quam ad confirmandas nudas conuentiones, qa formam introduxit, ut præcedente inter

rogatione, ſequeretur reſponſio, ut in L. v. §. ſtipulatio, de uerb. obligat. Et Inſt. eod. in princip. Quia per præcedentem interrogationẽ magis conſtat legi de deliberata mente reſpondentis, quàm in nudis conuentionibus, in quibus non requiritur neceſſario interrogatio. Et prout experientia docet, uidemus homines difficilius reſpondere ad interrogata, quàm nõ interrogati: ut plura pollicentur ſponte non putantes accepturi, Et hanc rationem in ſpecie adducit Bart. in L. i. §. ſi quis ita, de uerb. obligat. quam rationem inter cæteras DD. communiter ſequuntur, ut patet per Caſtr. Cuman. & alios in Rubr. ſæpe adducta. Nunc uero (ut ad propoſitum) cum iſta eadem ratio militet in pacto nudo geminato, maxime ſi aliquod temporis ſpacium inter iſtam geminatione

nem

nem interueniat, (quia magis constat de deliberata mente respondentis, ex quo sæpius & reiteratis uicibus promittit) cur non etiam efficax obligatio ex eo proueniat? à rationis identitate, quæ efficax est in iure nostro, L. adigere, §. quamuis, de iure patronat. c. cessante, cum alijs, ext. de appellat. Idq; etiam probatur in simili in sui ratione in d. L. si mulier, & in d. c. et si Christus, & in d. reg. L. Balista, cum pluribus supra adductis. Hinc est, quod Prætor considerauit in constituto actum geminatum, quæ ratio etiam ad casum nostrum est extendenda, cum æquitas dictet fidem seruandam, præsertim si reiterata sit, & quotiescunq; Lex aliquid disponit ex æquitate, debemus illam dispositionem extendere ad alios casus similes, ad quod bonus Textus

est,

eſt,in L. bona fides, ubi per illum tex. Caſtr.admonet,admittendam eſſe extenſionem, quotieſcunq; extenſio in æquitate fundatur. Ideo extendenda eſt diſpoſitio cõſtituti, & aliorum Iurium ſupra adductorum, ex rationis identitate,& ſuggerente æquitate: Si principium & radicem æquitatis conſideramus,ſane id quod pluries & diuerſis uicibus promittimus, ſeruare debemus,quia locum habet ratio ſpecialis illa,de qua in d.L.i.de cõſtit.pecun.Et uidemus hoc factum fuiſſe per DD. in plurib. caſib. ex geminatis & reiteratis actibus naſci obligationem efficacẽ,ut in d.L. ſancimus,poſt gloſ. ibi.de geminata confeſsione extraiudiciali,de uerbis enunciatiuis, & de alijs caſibus ſupra adductis.Nec obſtat ſi dicatur,iſtum caſum nõ reperiri expreſſa lege probatum. Certè ſi ſemper

ualeret

ualeret ista consequentia, multa corruerent: uix enim media pars decisionum probatur expresšis legibus, sed magis rationib. Nec minoris authoritatis est ratio, quàm ipsa lex, quæ ratio est anima legis, ut dici solet, & IC. nos admonent ad similia procedendum esse, quando casum nõ habemus expressum, ut in L. non possunt, de legib. Et in L. illud, ubi Bar. ad L. Aquil. Idem dicit Pontifex, c. translato, ext. de constit. † Et tenendo hanc sententiam communem non obstant iura, 20.
quæ in contrariũ Iason adducit, ut est d. L. si pacto quo pœnã, & d. L. si ueritas, quę opinio non fuit Iasonis, ut supra dixi, licet presso ueri authoris nomine, eam sibi tribuerit. Nam fuit Socini hic, & in d. rub. de uerb. oblig. ubi idem Bald. Nouell. & plures alij antiqui. Primò enim non obstat tex. in d.

L. si

L. si pacto. Quia respondetur, illum tex. Iasonis intentionem non probare, cum ibi non probetur illud pactum à stipulatione fuisse separatum.

Nam in qualibet stipulatione inest pactum, L. i. §. fin. eod. Et uidetur ibi unum pactum fuisse nudum cum stipulatione. Nam si coniunctum fuerit pactum cum stipulatione, ex stipulatione agi potest ad poenam, aliàs non, quia ex nudo pacto nõ nascitur actio. Ista responsio mihi nòn satisfacit, quia diuinatiua est cõtra communem DD. intellectum, qui uolunt ibi tria pacta interuenisse. Secundo modo ad illum tex. respondebatur per nonnullos, posito & non concesso, quod poena fuisset pacto promissa, & pòstea stipulatio separata à pacto intercessisset, non tamen excluditur, quin absq; stipulatione ageretur si actio competeret,

ret, ut probatur in L. ſi debitore, in fin. eod. ibi. ex ſtipulatu, ſi modo pa-cto ſubiecta fuerit ſtipulatio, tunc a-ctio dabitur. Iſta ſecunda reſponſio non uidetur procedere, cum tex. ibi de neceſsitate requirat ſtipulationem, ibi. ſi ſtipulatio interceſſerit. Ideo ter-tia et uera datur reſponſio, quam Do-ctores communiter ponunt in d. L. ſi pacto, quo pœnam. Et hoc idem reſpondebat Alciat. in d. Rub. Quod nimirum ideo ibi ſecundum pactum nudum non operatur effectum, quia ſumus in promiſsione pœnæ, cuius promiſsio non ualet pacto nudo in odium pœnæ. Eſt iſta eſt uera reſpon-ſio, cum tex. ibi loquitur de pœna. Non obſtat ſecundo loco tex. in d. L. ſi ueritas, inf. de fideicommiſs. Quia ad illum textum reſpondebat Decius

in d.

in d.L.Legem,inf.eod.Quod licet ibi dicatur relicta in instrumento nõ solenni hæredem debere soluere si promiserit per stipulationem, secus si pacto nudo,& sic probatur ibi, qđ duo pacta geminata, seu duę obligationes naturales simul iunctæ non pariant ciuilem effectum, cum legata ex testamento non solenni debeantur naturaliter, per not.Glos.& DD.in L.i.de condict. indeb. & in L. cum quis, inf. de iur.& fact.ignora. Nã ipse respondet, quod illa prima naturalis obligatio inducat, ut legata ex testamento non solenni debeantur, id non procedere in dispositione nostra, de pacto geminato, eò quia illa uenit ex quadam æquitate & dispositione Legis inspecta testatoris uoluntate, et sic non prouenit ex mero consensu expresso uerbis, qui in pacto geminato consi-

consideratur. Secūdo modo respon-deri potest ad illum tex. quod ille tex. nō probet intentionem Iasonis, imò in cōtrarium retorqueri possit, ut etiam ipsemet Iason subtiliter notat in d.L.si ueritas, dum negat præsuppositum, quod ex testamento non solenni non nascatur efficax obligatio, ut Petrus, Cyn. & alij plures uoluerunt in d. L. i. de condict. indeb, & in d.L. cum quis. Qui Doctores omnes mouebantur ad ita dicendum, per d. L. si ueritas, à quibus Iason huiusmodi habuit argumenta, qui sententiam suam rationibus firmant ac stabiliunt. Nam quandò lex alicui actui ponit formam, ut in testamentis conficiendis, nō seruata ea forma per testatorem, totus actus corruit, et non solum quo ad obligationem ciuilem, sed etiam quo ad naturalem, per tex. in d. L. i. §. si quis

ita, de uerb. obligat. Vbi expresse dicitur omissa forma stipulationis nec ciuilem nec naturalem nasci obligationem. Sequitur igitur non esse mirum, si lex requirat stipulationem in secunda promissione per hæredem, quia primò non erat nata naturalis obligatio ex testamento non solenni, quia si nata fuisset, lex ibi de necessitate non requisiuisset stipulationem. Et hoc modo tex. ille inductus planè contrarium probat, nimirum duas naturales obligationes sufficere ad producendam actionem. Non omitto quosdam esse, qui ad d. L. si ueritas respondent, ideo ibi duas naturales obligationes non parere effectum, quia non interuenerit ex temporis interuallo, sed in continenti, quo casu cessabat ratio. Horum responsio mihi

non placet, quia illud diuinare est ad illum tex. sensum autem diuinitiuum non esse recipiendum manifesti iuris est, arg. L. si putator, ad L. Aquil. Imo totum contrarium potius probatur, quia cum tex. ibi dicat, obligationes illas prouenire ex diuersis personis, uidelicet ex testatoris & hæredis uoluntate, sequitur quod ex diuersis temporibus prouenerunt. Et per hæc omnia supra addicta, satis apparet, defendi posse communem sententiam, quam omnes asserunt esse communem.

Et sanè ultra DD. authoritates, æqua est ista sententia communis, cum æquitas ipsa dictet fidem seruandam esse, præsertim quando repetitis uicibus præstatur, quemadmodum etiam Iurisconsul. nos admonet, in dubijs

potius debemus inspicere æquitatem quàm Iuris rigorem, in L. si seruum, §. sequitur, de uerb. obligat. Deinde etiam facit, quod à communi sententia non est recedendum, cum nec aduersarij habeant leges expressas, ad quod solet semper adduci tex. in L. i. de offic. quęst. ibi. & sanè apud ueteres creb
brior opinio est, & in c. ne innitaris, ibi sanctorum patrum decretis, ext. de
51. constit. † Quoniam uero ex ijs, quæ supra diximus, dubitare quis posset, an constitutum & fideiussio unũ idemq́ue sit, propterea animaduertendum est, prædicta maximè esse contraria & simul concurrere nõ posse, nec ab uno ad aliud fieri illationem, cũ ex diuersis fontibus proueniant. Nam constitutum ex Iure Prætorio est, ut patet in d. §. de constituta, & in d. L. i. de constit. pecun. Stipulatio uero est actus iuris ciuilis,

ciuilis,ut apparet per glo∫.& tex. in L. ex hoc Iure,de iu∫tit.& Iur. Et manife∫tè hoc apparet. Nam cõ∫titutor ∫i interuenit ∫tipulatio,tunc obligatus dicitur non iure Prætorio ∫ed ciuili, ut expre∫∫e dicitur in d. §. de con∫tituta. Cum igitur ∫int diuer∫a,ex diuer∫is nõ debet fieri illatio. † Quod uero ∫int diuer∫a aliquot differentiæ ∫peciebus breuiter enumeratis declarabo. 2.

† Prima e∫t,quod con∫titutum nudo pacto pote∫t introduci, d. §. de cõ∫tituta, fideiu∫sio uero ab∫q; ∫tipulatione fieri nõ pote∫t, L. Blandius, in∫. de fideiu∫∫or. Verum enim e∫t, ∫i uerbum fideiu∫si∫∫e reperiatur in in∫trumento uel ∫criptura publica, tunc pręsumatur ∫tipulatio, L. ∫ciendum, & ibi DD. omnes, & aliàs ibi dixi, de uerb. obligat. §. fin. In∫t. de fideiu∫s. 3.

† Secunda differentia e∫t, quod 4.

stitutum de necessitate præsupponit pręcedens debitum siue naturale tantum, siue naturale & ciuile simul, d. L. i. §. debitum, fideiussor autem accedere potest, ubi adhuc non sit debitum, §. fideiussor, Inst. de fideiuss.

15. Tertia est differentia, † quod fideiussor omni obligationi accedere potest, siue sit naturalis tantum, siue naturalis & ciuilis, siue ciuilis tantum, ubi patet in L. i. iuncta glos. ibi. & DD. de fideiuss. Constitutum uero locum habere non potest in ciuili debito tantum, quia Ciuile debitum non cadit in constitutum, ut dictum
16. est. † Sed cur hoc diuersum sit in fideiussione à constituto, non uideo aliam rationem, quæ tradi possit, nisi dicamus quod fideiussio sit actus Iuris Ciuilis, & ab eo introductus, ideo in illam speciem cadere non potest,

secus

ſecus in conſtituto, quod tantum conſiderat æquitatem non rigorem Iuris Ciuilis ut ſupra quoq; diximus.

† Quarta differentia eſſe poteſt, quod fideiuſſor non poteſt accipi in duriorem cauſſam quam principalis, L. Græce, §. illud, ubi gloſ. de fideiuſs. ubi triplici conſideratione conſiderat duriorem cauſſam, uidelicet ſi in plus grauetur ratione loci, temporis & cauſſæ, arg. §. plus, Inſt. de actio. Et ratio eſt, quia fideiuſsio eſt ſecunda obligatio ad principalem, ergo non poteſt in plus grauari, cum ſecundaria obligatio ſequatur naturam principalis, & hoc dicit §. fideiuſſores, Inſt. eo. ſecus eſt in conſtituto, quia in cõſtituto poteſt quis obligari citeriore die, L. ſed etſi citeriore die, de conſt. pec. Plures differentiæ adduci poſſent ratione diſcuſsionis uel diuiſionis.

Sed quod ad has & alias differentias attinet, refero me ad notata late per Hippol. de Marſ. in Rub. de fideiuſs.

Hactenus de omnibus iis, de quibus ab initio nos dicturos promiſimus, quantum hic ſatis eſſe putauimus
58. à nobis dictum eſt, † reſtat poſtrema pars, & quidem inſtituti noſtri propria, nempe declaratio termini pactū, quam, ut ſuperiora, ita tractare conabimur, ut ne prolixitate nimia tedioſi, nec breuitate anguſtiores quàm præſentis rei utilitas ſuadet, uobis uideamur. Hanc igitur poſtremam partem ita explicabo, ut primò quid ſit pactū, & unde ita dicatur, præmittam. Deinde quo iure fuerit introductum. Tertiò quotuplex ſit pactum, & quot eius ſpecies. Quartò de effectu & efficacia pactorum. Quintò & ultimò, quæ ſit differentia inter cōtractus nominatos & innominatos. Quod

Quod igitur ad primam partem attinet, † omnis disputatio cessare debet, cùm habeamus expressè Vlpiani definitionem in duobus locis, in L.i. §.pactum eod. et in L.pactum, de pollicit. Sed aduertendum ad textũ in d. L.i.eod, quia codex cõmuniter mendosus est, dum dicit pactũ est duorum pluriumue in idem placitũ & consensus. Nam propter illã copulam, &, quę ibi esse nõ debet, Accurs. Bart. & omnes DD. ad hæc usq; tempora plurimum se torserunt, quia tex. mendosum habebãt. Miror multò magis hodie nostros Pisanos hoc anno in rub. de uerb. obli. qui plurimas nugas adduxerunt in expositione illorum uerborum, in idem placitũ & consensus, Et hoc idẽ nouissimè Cagnol. in rub. nostra, qui omnes errarunt. Planus cum debet esse textus absq; copula, et, 91

prout legitur in pandectis Florenti=
nis: Pactum eſt duorum pluriumúe
in idem placitum conſenſus, nec mi=
rum eſt, ſi copula ibi obſcurum reddit
intellectum, cum copulæ interdum
appoſitio clariores reddit intellectus,
ut patet in dificillima lege Reconiun=
cti, de leg. iij. qui tex. propter copulam
& clarior habet̃ ut in pandectis Flo=
rentinis legitur, ut alias ibi dixi nouiſ=
80. ſime declarando illum tex. † Nec pla=
cet mihi definitio Iſidori relata per
Pontificem in c. pactum, ext. de uerb.
ſignifi. dum dicebat, pactum dici inter
partes ex pace conueniente ſcriptura,
cum ſcriptura regulariter non requi=
ratur ad pacti ualiditatem. Nam ſcri=
ptura magis ad maiorem probatio=
nem exigitur, quam ad actus ſubſtan=
tiam, L. contrahitur, de pignor. L. pa=
ctum, quod bona fide, & ibi DD. inf.
eod.

eod. Si quis hic obijciat hanc pacti defi-
nitionem nihil dissentire à descri-
ptione Conuentionis, cum in con-
uentione sit duorum pluriumúe con-
sensus. Huic respondetur, speciem in-
cludi in suo genere, & conuentionis
uerbũ esse latissimum, & quamcunque
conuentionem denotare etiam extra
pactorum materiam, ut ibi dicit IC.
quod etiam homines in unum locum
conueniant. Item referri potest ad
Bruta, quæ etiam iure quodam natu-
rali conueniunt, † & præsupposita 11
etymologia seu deriuatione uocabu-
li, pactum dici à pace, ut IC. præsuppo-
nit in d. uerb. pactum, (licet quidam
hic ut Alci. & Galli recentiores, dicant
pactum deriuari ab antiquo uerbo
Pago, ut ex Legibus xij. tab. constat,
adducũtque Quintilianum) posito, in-
quam, pactũ à pace deriuari, infertur,
ut si

ut ſi in inſtrumento pacis initæ inter aliquos diceretur, Titius iniuit pactũ de iniurijs cum Caio, intelligeretur feciſſe pacem, cum uerbũ pactum à pace
82. dictum ſit. † Poſſet quoq; prodeſſe ad Iura municipalia facientia mentionem de pace, ueluti ſi ſtatuto caueretur, ut ſi quis habuerit pacẽ cum uulnerato, uel cum hæredibus occiſi, pœna liberaretur, quod ſi quis feciſſet pactum ſatisfactũ eſſet ſtatuto, ita Bald. Ang. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & alij in d. L.
83. i. in uerbo pactum. Licet † Ferretus noſter ibi diſſentiat adducens Socy. in conſ. xcix. factum, lib. iij. dicens nõ ualere argumentum à pacto ad pacem, niſi de ſubſtantia generis. Placet mihi doctorum ſententia, præſertim cũ ſimus in pœnalibus ad excuſandum reum. Nam in dubio fauendũ eſt Reo, iurib. uulga. maximè cum pactũ à pace dictum

dictum sit. Pax uero inter aliquos facta censetur siue expresſis uerbis, siue tacitè per tactum palmarum, tūc enim censentur iniuriæ remissæ. † Sciendum tamen est, quod si quis remisisset 84.
iniurias nulla facta mentione de impensis, damno & interesse, quòd nihilominus posset petere expensas, dāna & interesse, ita Alexa. consuluit in cons. clxviij. lib. ij. Propterea cauti sint studiosi, quando transigunt cum ciuibus uulneratis, qui solent pleruncq; accipere pecuniam, ut expressè dicant, & pro iniurijs, expensis, damnis & interesse. Ita singulariter uoluit Spec. in tit. de accus. uers. quod si uulneratus, ubi modo iam dicto admonet transigentes. Et dicitur ijs uidi alias dubitari in facto in studiosorum conuentionibus cum fallonibus & plebeis hominibus.

Quod

Qnod ad ſecundam partem atti-
85. net, dicendum eſt † pactum initium ſuſcepiſſe à Iure naturali primæuo, cum homines inciperent appetere res ad ſui conſeruationem, utileſq; cape-re uellent, dominia rerum diuiſerunt, quia tunc interuenerunt bella, rixæ, inde homicidia, & huiuſmodi, quæ omnia contraria fuerunt Iuri natura-li, inceperunt inter ſe paciſci & con-uenire, ut ſeditiones eorum compo-nerentur. Hinc eſt quod Iuriſconſu. dicebat pactum à pace dici, ut in d. L. i. & in d. c. pactum, atq; hæc omnia à Iure naturali introducta fuerunt,
86. † alia uero quæ non reſpiciebant ſta-tus conſeruationem, ueluti contra-ctus, conuentiones & ſimiles à Iure gentium introducta fuerunt, quæ ta-men erant rudes, informes, atq; abſq; ullo

ullo nomine, sed paulatim inceperunt homines nominare cõtractus & conuentiones quibusdam specialibus nominibus, ueluti contractum Emptionis, Venditionis etc. prout apparet in d. L. ex hoc Iure, tunc homines iure gentium tenebantur seruare fidem, naturali ratione hoc dictante, prout apparet in d. L. i. & clarius in d. L. cum amplius, in §. is natura debet, de reg. iur. Is, inquit IC. natura debet, quem iure gentium clare oportet, cuius fidem secuti sumus. † Erat illo tempore manus regia, iudicia quoq; uigebant, actiones exercebantur, at non solennes illæ, sed rudes, quæ postea per Ius Ciuile solennia nomina habere cœperunt, ut colligitur ex L. ij. §. deinde ex his legibus, de orig. Iur. Nec dicendũ est absolute actiones, ut DD. uolunt, introductas fuisse à Iure ciuili. 57.

Nam

Nam si Iure gentium iustitia admini-strabatur manu regia, necessario fue-runt actiones, quamuis rudes illę atq; indigestæ. Quocirca tempore Iuris gentium conuentiones et contractus
88. initium habuerunt. † Ex quo Docto-res omnes inferunt, licet Deus prin-cipes Legibus non subiecerit, d. L. di-gna uox, cum similib. tamen contra-ctibus illos subiecit. Si enim priuatis graue est fidem fallere, d. L. i. eod. L. i. de constit. pecu. grauius & detestabi-lius est in principibus. Quanquam aũt ius ciuile hodie non omnes conuen-tiones, quæ Iure gentiũ ualidæ erant, corroborauerit, tamen adhuc nudis cõuentionibus reliquit uirtutem na-turalis obligationis. Quia ex nudis pactis nascitur naturalis obligatio, cu-ius plurimi sunt effectus, ut per Bart. & DD. in d. L. ex hoc iure, circa fin. de

iust.

iust. & iur. † Animaduertendum tamen est, quod duplex est naturalis obligatio. Prima est, quæ nascitur ex nudis conuentionibus, & illa parit plures effectus, licet actionem non producat: Altera uero omnino nullos parit effectus, nec quis ex ea obligatur uel naturaliter, prout contingit in obligatione naturali, quæ datur ad ἀντίδωρα, ut benefaciēti benefaciamus, de qua in L. sed etsi lege, §. consuluit, de pet. hæred. 89.

† Quo ad tertiam partem huius postremę partis principalis, diuidi possunt pacta dupliciter, ut quædam sint simplicia, quædam correspectiua: quæ subdiuiduntur, ut quædam sint nuda, quædam uestita. Quamuis autem pacta infinita dici possent quantum ad specialia nomina, ut tot sint pacta quot sint species cōtractuum; tamen 90.

quo ad ſubſtantiam & ſummam du=
plex diuiſio eſt, prout in ſimili dicebat
IC. in L. iij. §. genera. de acquir. poſſeſ.
Pacta, ut dixi, aut ſimplicia aut corre=
ſpectiua. Sciendum eſt quoq; impri=
mis pactum latè dici poſſe, in qualibet
conuentione ſeu contractu, etiamſi
interueniat ſtipulatio. Nam ſtipula=
tioni pactum dicitur ineſſe; d. L. i. §.
91. conuentionis, iuncto fin. eod. † Ad
declarationem pactorum ſimplicium
exemplum poni poteſt, quando una
tantum pars obligatur ad aliquid dan=
dum aut faciendum. Correſpectiua
uero dicuntur, in quibus utraq; pars
obligatur, ut in contractu emptionis
& uenditionis, & ſimilibus. Et iſti
propriè dicuntur contractus, ut patet
in L. Labeo, §. contractum, de uerbo.
ſignifi. Accedit quoq; uocabuli ety=
mologia, Dicitur enim contractus à
con

con & traho, id est, simul traho.
† Hinc DD. disputant in d. rub. an 92.
stipulatio proprie sit contractus, quia
non uerificatur tex. in d. §. cõtractum.
Et inferũt ibi ad Iura municipalia. Sed
uerius est stipulationem proprie dici
contractum, cùm sit generatus ad oẽs
alios cõtractus siue uestitos siue nu-
dos. Sed quia ista quæstio late dispu-
tatur in rub. de uerb. oblig. ubi quoque
dixi ideo in c. eo immitto, cũ in mate-
ria nostra de pactis duntaxat, & non
de stipulatione tractetur. † Qui au- 93.
tem sint contractus nominati et quot
quæritur? DD. omnes dicunt esse
quatuor, ut apparet in L. naturalis,
in princ. de præscript. uerb. Atque ita
semper dicitur quatuor esse contra-
ctus innominatos. Hoc simpliciter
uerum non est. Nam infiniti sunt
contractus innominati: Quia omne

pactum nudum est contractus innominatus. Sed dicendum est quatuor esse contractus innominatos correspectiuos: alij sunt contractus innominati simplices. Contractus innominati dicti sunt, quod nullam pariant obligationem nisi caussa finita, & propterea partes possunt pœnitere, ut apparet in L. si pecuniam, de condict. ob causs. in L. expresсsio, inf. de rerum permut. nisi accessisset stipulatio, quia tunc uestirentur interuentu stipulationis, d. L. ex placito, in fin. Hoc idem etiam locum haberet, si positi essent iuxta cohærentiã alicuius contractus nominati, uel bonæ fidei siue stricti iuris, L. in bonæ fidei, inf. eod. L. lecta, uers. dicebam, si cert. pet. Quamuis autem exempla in d. L. naturalis, ponantur affirmatiuè, idem tamen est, etiamsi negatiuè ponantur, si non fe-

ceris

ceris uel non dederis. Item prædicta exempla etiam uerificantur, quando cōsisteret aliquid tam in dando quàm in faciendo simul, quia mixtum continetur sub simplicibus, L. ij.ubi glos. & DD. omnes, de uerb.oblig. Item sciendum est pactum à Lege tripliciter considerari: interdum enim dicitur pactum præsumptum, factum & quasi pactum. Pręsumptum est quando Lex disponit, de re dubia, ut in c. Nonne,ext.de præsump. Fictum dicitur quando lex fingit,id, quod in rei ueritate non est, ut in exemplo in L. unica,in princip.inf de rei uxor.actio. ut fingatur stipulatio in cōtractu dotis, etiamsi constet eam nullo modo interuenisse. Cuiusmodi casus plures sunt, in quibus lex solet fingere stipulationem,ut per Bart. in i. opposit. in L.i.de uerb.obliga.Tertium est quasi

pactum quando ab una parte est actus apparens, & ab alia non est consensus, prout exempla poni possunt in tit. de obligat. quae ex quasi contra. nasca. in Institut. Sciendum est quoque omnia pacta ualere & tenere, licet maior uirtus sit in uno quam in alio, ueluti in pacto uestito, tamen ad hoc, ut habeant effectum pacta necesse est, ut non sint contra bonos mores uel leges, uel Iuris naturalis praecepta, uel contra Ius diuinum, prout regulam ponit Imperator, in L. pacta, quę contra, inf. eod. Et hoc non solum ita obtinet in pactis in genere, sed etiam in stipulatione, quia stipulatio non ualet contra leges & contra bonos mores naturales & diuini iuris, ut in L. stipulatio hoc modo cõcepta, de uerb. oblig. in L. ex eo. inf. de inutilib. stipu. in L. generaliter nouimus, cũ sequen. de uerb.

de uerb.obligat. Quando uero sunt
cõtra bonos mores naturales uel di-
uini iuris, tunc nõ conualidantur eti-
am iuramento,per reg.c.non est obli-
gatorium,de reg. Iur.in vi.Nam Iura-
mentũ non debet continere iniquita-
tem,c.quinta uallis, cũ alijs ext. de iu-
reiur. ut alias late dixi in nostro iura-
menti cõpendio in ru. de iureiu.& l.i.

† Iam ad quartam partẽ deuentum 94.
est,quæ cũ maioris momenti sit, fusi-
us paulo & copiosius erit pertractan-
da: In hac enim de uirtute & efficacia
pactorum dicendum erit. Quæ mate-
ria latissima est, & totum tit. ff. & C.
respicit,sed tamẽ breuiter omnia per-
stringam. † Atq; imprimis sciendum 95.
est omnia pacta, omnes hominum
conuentiones indistinctè efficacẽ ob
ligationẽ produxisse, de qua re nemi-
nem puto dubitare, cum ius gentium

tantum respiciebat æquitatem & ra-
tionem naturalem, quæ dictabat pro-
missa & conuenta seruari debere, ut
sentit tex. in d. L. i. eod. ibi, huius edi-
cti æquitas naturalis est, etc. Clarius
etiam dicit tex. in d. L. hoc amplius, §. is
natura debet, sæpe adductus, ex quo
clarum est, ius gentiū compellere ho-
mines ad obseruantiam fidei. Idem
etiam sentit tex. in L. Stichū aut Pam-
96. philum, §. naturalis, de solut. † Hinc
est, quod DD. dicunt, hosti quoq; ser-
uandam esse fidem, ut Bart. & DD. in
L. conuentionum, eod. tit. & in L. fin.
ad L. Iulia. maiest. & est tex. inf. cum
glo. in c. noli, xxiij. q. i. licet non tutum
sit credere hosti, & inimico, ut dicitur
capitali, ut glo. singularis dicit in c. ex
transmissa, in uerbo de restitut. spo.
Licet nonnulli contrarium dixerint,
per tex. in L. i. §. dolum, de dolo, ubi
dicitur,

dicitur, hoſti fidem ſeruandam non eſſe, quæ lex à DD. intelligitur inter priuatos, ſecus inter principes, uel quod ille tex. loquatur de fide data hoſti, non per uiam conuentionis, prout aliâs recordor me dixiſſe in materia emptionis & uenditionis. Nam fides præſtita ſeruanda eſt, ut Alex. uoluit in d.L.i.§. dolum. Et idem Bar. in d. L. conuentionum, dici rebelli ſeu bannito ſeruandam eſſe fidem.

† Hæreticis fidem & ſecuritatem præſtitam quoque ſeruandam eſſe dicendum eſt, cui Iure naturali, diuino ac humano compellamur, d.L.i.de pac.& de Iure gentiũ, L.cum amplius, §. is natura debet, de reg. iur. Nam ut Vlpianus inquit in d. L. i. quid enim tam congruũ eſt humanæ fidei, quam ea, quæ inter eos placuerit, ſeruare. Pro qua ſententia accedit dictum An- 97.

geli, in cons. quodam, ubi si securitas seu saluus conductus sit uulgo dictus, detur Titio cum eius socijs, prodesset quoque Iudæis. Idem Ang. in L. utimur, de sepulch. uiola. Alex. in cons. lxxv. uideretur, col. ij. lib. v.
98. † Et ideo Bald. dicebat, ut immunitas concessa hominibus certi loci extendatur ad Iudeos, in L. Spadonem, §. iam autem de excus. tut. Hypol. de Marsil. in sing. cccccxi. ubi plura adducit, & in sing. clxxx. Sed in specie idem Ang. contradixit, in L. utimur, num. 6. de sepul. uiol. ut si retento eodem Themate daretur securitas Titio & eius socijs, non continerentur hostes nec hæretici, cum quibus nullum est cõmertium. Et adducit Inno. in c. quia super his de uot. Et istud dictum refert & sequitur Fel. in c. ego enim extr. de Iuriur.
99. † Verior & æquior
est

est prima sententia per rationem naturalem & ius diuinum & humanũ, quæ iura prorsus promittentem compellunt ad fidem seruandam. Nam graue est fidem fallere, d. L. i. de constit. pecu. Et autoritatibus & exemplis comprobatur, Verg. viij. Æne. Accipe daq; fidem, sunt nobis fortia bello pectora, & in ij. Æne. Tu modo promissis maneas seruataq; serues Troia fidem, si uera ferã si magna rependam. Et plura exempla adduci possent. P. de Marco. Attilio, qui turpiter apud hostes mori maluit, q̃ fidem fallere, quem plurimũ laudat Cice. ij. de finibus, & lib. i. offi. hoc idẽ legitur de M. Antonij seruo, qui ut domino fidem præstitam seruaret, plures corporis cruciatº passus fuit.
† Et præsertim fides publica seruanda est cunctis, prout populus Romanus ostendit Ptolomæo Regi, dum ab 100.

eo

eo filio tutor datus esset, Nonne legi-
tur superiorem Africanum cum onu-
stã multis & Illustribus personis Car-
thaginensium nauẽ in suam potesta-
tem redegisset inuiolatã dimisisse, quia
se esse legatos ad eum missos dicebãt,
licet euitandi præsentis periculi causa
eos dixisse manifestum foret? Quid
de legatis ab urbe Appollonia ad se-
101. natum missis? † Nam Iura naturalia
& gentium nos admonent, ut patet in
L. fin. de legatio. per Pomponium
I. C. dum inquit, si quis hostium le-
gatum percussisset cõtra ius gentium
commissum existimatur. Et rationem
ibi tradit, quia sancti habẽtur. Et glos.
ibi interpretatur, id est, inuiolabiles,
ut habetur per Martianum, in L. san-
ctum, de rer. diuis. Et sanctum ibi di-
cit à sagminibus, quæ herbę sunt quę-
dam, quas Legati populi Romani fer-
re so-

re ſolebant ne quis eos uiolaret, ſicut legati Græcorum ea quæ uocantur κηρύκεια ferunt Romani, & noſtri nominant uerbenam ſeu uerbenacam. Et Feſtus dicit ſagmina uocantur uerbenæ, id eſt herbæ puræ, quia ex loco ſacro ſecabantur à Conſule uel Prætore. Et dabantur legatis ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiſcentibus, Plinio teſte lib. xxii. cap.ii. Et ita per Liuium lib.i. ab urbe, & lib. x. belli punici. Et qui legatis iniurias inferunt ſacrilegium imò læſæ Maieſtatis crimen perpetrant, ut in L. i. ad Leg. Iul. Maieſt. ibi, uel ſecuritatem Aufrer. in deciſ. Toloſa. † Non 102.
nullorum tamen nomina leguntur, qui perfidiam in legatos exercuerunt. Imprimis Panthaleon Eleorum Tyranhus legatos caſtrabat, & proprios teſticulos eos deuorare cogebat. He-

raclides

raclides in Polit. T. Coruncanum liberius in legatione apud Teucam Illiricorum reginam locutum, quem regina interfici iussit uiolato iure gentium, Liuius & Florus. Iulianus apostata Imperator cum rabie nefanda contra Christianos seuiret, Oratores Persarum, qui ad eum Calcedoniç uenerunt contra ius gentium uiolare non est ueritus, Nicephorus lib. x. Egyptij cum Cambise rege Persarum, signis collatis nullo ordine fugam dederunt, tunc Cambises aduerso flumine nauim Mitalaneam cum Oratore misit, & eos adhortatus est ad deditionem, qui postquã nauem aduentare audiuerunt, egressi ex urbe nauim corrumpunt, Herodot. Lib. iij. Et quid nostris seculis contigit Venetis cum Imperatore Emanuele Constantinopolitano, qui dum Henricum

cum Dandalum oratorem mitterent, oculos ei effodit Imperator. † Re- 103.
deundo ad nostram materiam, non obst. Ang. dictum, nam si recte considereretur non dicit hæreticis non esse fidem seruandam, quia esset contra omnem rationem naturalem, sed hoc dicit ut in generali sermone & gratia ac priuilegio nõ contineantur hostes & hæretici, sed si in specie expresse cautum foret, eis esset fides seruanda iure naturali & æquitate suggerente, quæ semper inspici debet, ut in L. ij. §. item Varus, ibi, si æquitas suggerit, etiam quod Iure deficiamur, de aqua plu. arcen. Nec Inno. per Ang. adductus hoc dicit in libro meo. Et in specie contrarium clarissimus Præceptor meus Decius in cons. li. lib. i. ubi ad omnes personas referre

104. ferre uoluit, ea ratione, † quia Prin- cipũ gratiæ & priuilegia latiſsimè ſunt interpretandæ, l. fin. de conſtit. Prin- cip. c. cum dilecti, de donat. cum ſi- mil. Vidimus noſtris temporibus in Concilio Tridentino fuiſſe liberum acceſſum omnibus. Imputandum eſt aduerſarijs noſtris, quod non acceſ- ſerint, nec ullo pacto conqueri poſ-
105. ſunt. † Et ex prædictis infertur ad ma- teriam quotidianam, quando à Prin- cipibus uel à Iudicibus datur ſecuritas Reis accedendi ſeu ſaluus conductus, ſic uulgo dictus, ut fides præſtita non uioletur. Turpe quidem eſſet Princi- pibus uiolare fidem, Nam ſi inter pri- uatos Iure naturali conuenit fidem ſeruare, ſæpe adductis iuribus, Multò magis Principibus conuenit.

106. † Nam ut eleganter inquit Bald. in conſil. cclxxix. quod in Prin- cipe

cipe debet esse constans uoluntas, tamq; infinitæ iustitiæ, & qđ in Principibus conuenit illud uerbum, semel locutus est Deus. Et, qđ scripsi scripsi, et ibi subdit, Princeps debet habere unum calamum, unā linguam. Nā scriptum est, ea quæ procedunt ex labijs meis non faciā irrita, Ideo debet Princeps esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut lapis in cœlo. Cuius dictum sequitur Anchar. in cons. ccxl. Dec. præceptor noster, in cons. 689. uiso puncto suprascripto, nu. xix. lib. v. Legitur quoq; in sacra pagina in lib. iij. Hestr. cap. iiij. circa fin. Quod enim ex ore Principum promittitur, seruari firmius debet. Et dicitur in Epistola in L. inter claras, sup. de sum. trinit. et fid. Cathol. nihil est, quod clariori luce præfulgeat, quàm recta fides in Principe. Et de ijs late Curt. senior, in cons.

xlix. memoria repetens, circa fin. Princeps enim omnino ex pacto obligatur, Nam & Deus quoque, ut Corn. in L. si pascenda pecora, in ij. q. principal. inf. de pact. Et dicebat Lancellottus Decius, in L. non amplius, §. i. ad fin.
107. † Vt si Deus posset contrahere, obligaretur ex cōtractu, Et dictum Bal. in præalleg. cons. cōmendant Curt. Iun. in cons. clxx. habita, in fin. Dec. in c. i. de probat. Rip. in cons. xxviij. qd' perfecta. Brun. in cons. xij. Patres ut Principes seruent promissa, conuentiones & gratias quilibet uerecūdia affici de-
108. bet, si nō seruauerit promissa. † Et circa hanc materiam salui cōductus, quæ quotidiana est, sciendum est, si Prętor uel alter magistratus dederit securitatem accedendi delinquenti, quod nō poterit punire Raph. Cum. in L. is qui Reg. de pub. iudic. & ibi Bart. licet cō-
trarium

trarium tenuerit Cyn.in L.in præsenti,sup.de ijs qui ad Eccles. confug. ubi dicit,quod si Iudex dederit Reo securitatē accedendi,deinde curauerit decapitari recte fecisse, per glos.in auct. de man.Prin.§.homicidas,cui^9 sententiā nonprobo,quia seruanda est fides, cum iure naturali teneatur,d.L.i.eod. tit.nost.cū simili. Eodem modo DD. statuēre,ut si Iudex seu Princeps pollic eretur Reo si fateretur delictū liberationē posset Iudex eū punire. † Nā 109.
Iudex debet esse subtilis inuestigator pro ueritate indagāda, L.de minori,§. pen.de quæst.prout Salomonis extat exemplum,de quo in c.adferte,ext.de præsumpt. † Nam fides in his non est 110.
seruanda, etiā si accesserit Iuramentū, per reg.c. non est obligatoriū, ext.de reg.Iur.in vi.ac etiā regula facit in c.in malis,ꝑmisis,de reg.iur.in vi.bon^9 est

tex. in c. cum Iuramento, ext. de homicid. Nam non expedit fidem seruare contra publicam utilitatem, Quia delicta nõ debent esse impunita, L. ita uulneratus, ad L. Aquil. c. cum fame, ext. de sent. excomm. in vi. † Et iuramenta non sunt seruanda cõtra publicam utilitatem. Bart. in L. si quis pro eo, de fideiuss. tex. est in c. si diligenti, ubi oẽs scribentes, ext. de for. compet. Item nec Iudex si uellet posset promittendo remittere pœnam, cũ istud spectet ad Principem. Et ita Paris. de Puteo in suo tract. Sindica. in uerb. & animaduertendũ est quod Iudex. Et in uerb. saluus conductus. Et propterea cauti sint Rei, ne fateantur delicta sub spe liberationis, & plures uidi, qui uoluerunt fateri, & postmodum liberati sunt, quia non est confidendum. Et si prædicta uera sint, tamen

men graue est fidem fallere, d. L. i. de constit. pecun. Et reorum est corporis sui tutelam suscipere, L. ut uim, de iust. & Iur. Et Iure quidem naturali, L. i. §. cum arietes, si quadr. paup. fecis. dicat.
† Solēt quoq; DD. in hac securitatis 112.
materia dubitare. Vtrum si à Principe data fuerit securitas accedendi, data intelligatur redeundi potestas. Bart. & DD. in auct. habita inf. ne fili. pro patr. uers. quæro istud priuilegiũ, uolebant omnino inclusam fuisse licentiã. Et hoc idē in d. L. utimur. Alexa. in cons. xlvi. lib. ij. Glossa uero contrariũ uoluit in auct. de mã. pri. Bar. in L. i. §. dol. de dolo & nõnulli alij. Sed prima sententia uerior & æquior est, ut licet in specie non sit concessa potestas redeundi tacite subintelligatur. † Nam 113.
quando conceditur unũ uidetur concessum aliud necessariũ ad illud, L. ad

rem mobilem, et L. ad Legatũ, de procur. fa. L. ij. & ibi scribentes, de iurisdict. om. iud. qd' qui uult antecedens uidetur uelle omne consequens necessariũ ad illud antecedens. Et ideo si cui aqua & eius haustus concedatur, concessum uidetur iter ad aquam, alias cõcessio nulla esset, L. qui fundum, §. fin. & L. fistulas, i. respons. de contrah. empt. Item sequeretur machinatio quædam, & dolis uia aperiretur, quod fieri non debet. Nam qui obtineret securitatem accedendi deciperetur, contra c. si ciuitas, cum ibi not. ext. de sent. excomm. in vi. in L. sed Iulianus, ad Macedon. §. mutui dationem, & L. Libertum, §. Senatusconsulti, de rit. nupt. Et ita in specie Ang. in cons. ccclxxiij. quicquid dolo circa fin. Et Alex. in consil. xlvi. ponderatis uerbis, nu. i. & viij. lib. ij. Ang. in L. Papinia-

Papinianus,§.si quis mortis,de inoff. testa.Et in L.i.C.de nauicu.lib.xi. sequitur Goza in consil. † Sed ad tol= 114.
lendas omnes disputationes, tutius erit exprimere in securitatis promissione, ut tute accedere & redire possit,& ita passim usurpatur. † Nõ præ= 115.
termitto unum, quod est singulare, prædicta procedere circa personas,ut si securitas data sit eundi, censeatur quoq; concessa redeundi, secus in mercibus et aliis,ut,si immunitas concessa fuerit mercatoribus, ut absq; uectigalib.possent suas merces ad nundinas portare, non concessa censeretur immunitas redeundi. Ita in specie uoluit Alexand. in præd. consil. xlvi. † Sed in hac materia si conces= 116.
sa fuerit alicui ueniendi securitas, quærunt Doctores quam diu durare debeat? Et indifferenter omnes

censuère pro prima uice, & pro primo actu. Huius sententiæ autor fuit Ioa. de Plat. in L.i. C. de nauicu. lib. xi. sequitur Alex. in cons. cccxl. Et ibi adducit text. qui in simili probat, in c. non potest, §. pri. ext. de præben. in vi. ubi dicitur, quod si Papa concesserit alicui, ut simul possit recipere duo beneficia curata, intelligitur de prima uice tantum. Et ratio est secundum eum, quia in materia stricta contra Iuris communis dispositionem stricta debet fieri interpretatio, & sic de prima uice, arg. L. quicquid astringendæ de uerbor. obligat. fac. optimum dictum Hostien. in c. postulasti, de rescript. ubi not. dicit, quòd in materia dispensationis argumentum à fortiori ratione non sit ualidum, Et fac. notabile dictum Maria. Socin. antiqui, in consil. xiij. lib. i.

cuius

cuius dictum refert & sequitur Deci.
in cons. Dxij. lib. iiij. † Pontifex con- 117.
cesserit Cardinali testandi potestatem
non censeatur concessisse potestatem
codicillos conficiendi, contra expres-
sam regulam l. ij. de lega. i. Et ibi alias
dici. † Et ratio est, quia in dispensa- 118.
tione stricte agitur. Et dispensationes
sunt odiosę. c. i. & ij. de fili; præsbite:
in vi. Ita in proposito in casu nostro
adducit Alex. in præallegato loco. Al-
ber. de Rosa. in ij. parte statuti. q. 181.
ibi. quod per dominum Vbertum. Et
inferebat ad his municipale Florenti-
num, quod habet, si quis cæperit ue-
xillum Florentiæ habeat certum præ-
mium, intelligatur de primo. † Et hu- 119.
ius decisionis uirtus consistit in regu-
la L. boues. §. hoc sermone, de uerb.
signif. Et in L. dotis promissio. de iu-
re dot. Et late DD. in d. §. quod in

anno. Et hanc ſententiam confirmat Felin. in c. ego enim de iureiur. Hypol. de Marſ. in Rub. de fideiuſſ. nu. 98. pro qua regula prædicta plura adduci poſſent. Et primo facit optimum dictum Bald. in c. ij. ex. de libell. obl. L. Si quis iurandum, inf. de reb. cred. † ut licet licitum ſit emendare
120. libellum L. edita ſup. de eden. intelligatur ſemel & non ſępiſſimè. Item ſi conceſſa fuiſſet licentia ingrediendi ueſtalium monaſteria, intelligeretur pro prima uice, & ita Alber. de Roſa. in præallegato loco ſtatutorum. Et accedit Alex. autoritas in conſ. lxxxi. Lecto & diſcuſſo laborioſo proceſſu,
121. col. xv. † Quod ſi Papa delegauit alicui, ut habeat licentiam bona Eccleſiæ alienandi uel concedendi in Emphitheoſin, ut intelligatur de prima alienatione.

Item

Item ad hoc adducitur glos. quæ
sing. habetur in L. duobus reis in
princ. de iureiur. in uerb. exhibuerit,
quam nouiter notabat Benedict. de
Plumbino, ut Rom. & Castr. not. in
d. §. quod in anno, sed prius dictam
glos. notauit Ioan. And. in addit. ad
spec. in iij. parte, in tit. de accusat.
ut si aliquis promiserit exhibere de-
linquentem, si semel exhibuerit fore
liberatum. sed ut animaduertit quo-
que Roma. in d. L. duobus uix hoc
ex uerb. glos. colligi potest. † Et 122.
sub hac doctrina deceptus fuit ex qua-
dam fallacia Albertus Francorum
Comes ab Othone Maguntino An-
tistite, nam cum esset in arce inexpu-
gnabili, persuasit ei iureiurando, ut
ea relicta secum ad Ludouicum Re-
gem accederet, se enim ipsum cum
rege

rege reconciliaturum, & incolumem in arcem reducturum pollicitus fuit, uixq; egresso Comite ex arce, inquit Antistes, melius foret prius prandium sumere. Postq; uero pransus fuisset, & arcem egressus, captiuum ad regem duxit. Cumq; ad supplicium duceretur Antistitis periurium accusanti, respondit, se data fidei satis fecisse, religioneq; exolutum, cum eum incolumem prandendi causa in arcem perduxerit. Quod quidē execrabile factum fuit, ut omnes attestantur. Et nouissime Alcia. in d. §. hoc sermone.

123. † Prædicta DD. conclusio in his terminis licet neminem contradictorem habeat, tamen nonnullas exceptiones seu declarationes recipere debet. Et prima esse potest, nisi constaret expressè ex uerbis cōcedentis, ueluti si in securitate dictum fuisset, ut

toties

toties, quoties &c. Nam tunc primus actus non consumeret gratiam, secundum expressam concedentis intentionem. Nam uerba expressé denotabant. L. ille aut ille, §. cum in uerbis, & L. non aliter, de lega. iij. cum simil. Et in specie optime facit tex. in L. sicut in annos, quib. mod. ususfr. amitt. per quem tex. Bar. in L. nemo potest, circa finem inferebat ad Ius municipale, disponens, ut debitum præscribatur decennio, non procedere si dictum foret in cõtractu, ut toties, quoties res præscripta fuisset, rursus inciperet currere tempus, quia tunc impediretur præscriptio, per quam doctrinam limitatur DD. crebrior sententia in L. ij. inf. de pact. inter empt. & uendit.† ut licet pactum de retrouendendo præscribatur spacio xxx. annorum, licet plures contrariũ teneant, 124.

ut

ut patet in d. L. ij. quorum senten= tia æquior & uerio est in puncto iu= ris, ut aliás dixi, in d. L. ij. & in Rub. de empt. & uend. in nostro comp. & in L. i. sol. matr. in nota. & in L. u= nica, inf. de senten. quæ pro eo quod int. profer. secundum quam Iudi=
125. cium Spirense pluries iudicauit. † Ta= men non procederet, quando di= ctum foret, ut toties, quoties fuerit præscriptum posit redimere. Et alias plures exceptiones posui ad commu= nem DD. calculum, ut patet in præ= allegatis sedibus.

126. † Secundus casus esset, si tacitè con staret ex uerisimili mente conceden= tis securitatem uel saluum cõductum, & tunc primus actus non consume= ret effectum, ut in simili decebat Bal. in L. inuitus, infr. de procu. Exem= plum ponebat, si constituissem procu
rato=

ratorem ad appellandum intelligere-
tur de actu ulteriori, non solũ de pri-
ma appellatione, uerum & de alia. Cu
ius dictum sequitur Roma. in cons. ix.
in casu propositæ cõsultationis. Bart.
in cons. xxx. dubium ingerit. † Ter- 127.
tia esset exceptio, si securitas data fuis-
set per Legis dispositionem uel for-
mam iuris municipalis, quia tunc non
debent restringi huiusmodi gratiæ, ut
DD. dicunt, ut ibi per Alex. & Ias.
in d. §. quod in anno. Veluti ut agna-
ti teneantur cõpromittere lites & con
trouersias inter se. Nam si semel factũ
fuisset, & lites non fuissent compositę,
toties, quoties opus esset compelleren
tur agnati compromittere. Et ita in
specie Bald. & alij in L. ueluti, §. uox
de edend. † Et quo ad materiam 128.
istam non omitto nouam quæst.
quæ quotidie contingere posset, si
con-

concessa fuisset securitas accedendi & redeundi, quia inter Principes interuenissent induciæ, ut omnes rebelles redire possent in patriam & ibi commorari ad certum tempus, prout in facti contingentia dicit contigisse Egid. Boss. in suo criminalium caus. comp. in uerb. de remed. ex sola clementia, circ. fin. Inter rebelles Mediolanens. quia induciæ factæ fuerant inter Carolum V. Cæsarem, & Franciscum Gallorum Regem. Et interim unus rebellis pro aliquo delicto intrusus fuisset carceri, & interim expirassent induciæ. Quærebatur utrum dictus rebellis fuisset puniendus, per ea, quæ scilic[et] dicta sunt, ut quando data est po[test]as accedendi censeatur data & redeundi. In contrarium urgere uidebatur ex quo ex delicto et culpa eius retentus fuerat non merebatur

gaudere

gaudere & frui aliquo securitatis beneficio. Ipse autem distinguendo dicebat, aut antequam expirassent induciæ non erat absolutus processus, ut constaret eum deliquisse, & dimittendus fuisset, secus si processus fuisset absolutus, & appareret eum deliquisse. Et adducebat pro hac decisione Alber. in d.l.3.§.fin. Parcat mihi prædictus Doctor, cuius sententiam indistinctè reijciendam existimo. † Et moueor 129.
uiua ratione, quia securitas data uirtute Induciarum refertur duntaxat ad præterita delicta, non ad futura, quia dolus futurus non censetur remissus, L.si unus, §. illud, & §.pacta, de pact. Et hoc ideo, quia daretur occasio & ansa delinquendi, cōtra Regulam, L. conuenire, de pact. dotal. Et ideo cum cesset ratio securitatis, cessare debet quoque gratia, cum hoc proueniat ex

ipſius culpa, & ideò ſibi imputandum eſt per Regul. Damnum quod quis ſua culpa ſentit, de regul.Iur.in 6. Et facit tex. in L. Qui proprio, §. item, de Procurat. ubi dicitur, quòd Procurator pœnam quam ex ſuo delicto paſſus eſt, recuperare non debet, ut latè dicit præceptor meus Decy. in regula, L. quod quis, de reg. Iur.

130. † Et prædicta omnia eò ſpectant, fidem ſcilicet ſeruandam eſſe inter omnes homines, & præſertim quando fides ſubditis uel alijs à Principib. ſiue in contractibus, ſiue in ſecuritatibus, & gratijs ac priuilegijs data eſt, ut IC. dicit in d. L. i. Quid enim tã humanæ etc. Et nulla ſit perſonarum exceptio, ſiue Chriſtianę religionis ſint, ſiue Gentiles, ſiue Turcæ, ſiue Affri, ſiue Iudæi & Heretici, cum æquitas & naturalis ratio dictet fidẽ ſeruandam

eſſe,

esse, cumque graue sit atque execrabile fidem uiolare, † Vnde fœdifragi non 131.
solum infamia afficiuntur, uerum diuina etiam ultione puniuntur, ut in infinitis exemplis ostendi potest, ex quibus unum atque alterum subijcere placet. In primis illud, quando Lacedemonij Xerxis caduceatorem occiderunt, mox pestis secuta fuit. Busiris ex Neptuno & Anippa creatus aduenas ficta quadam hospitalitate mactatos imolabat, sed occisorũ tandem ultio ob Deorum iram in autorẽ redijt. Hercules enim claua eũ interemit, ut Plutarchus cap. 22. parall. Quid dicam de Triphone Antiochi adolescentis Syriæ regis preposito dominandi cupidine incenso? Qui dũ Ionathę Israël Duci, ut cũ eo captaret beneuolentiam, plura dona obtulit, Ptolomeiadẽ ei se traditurum promittit, Et clausis

post modum urbis muris eum occidi curauit, deinde ipse transfixus fuit. Et plura alia possem referre exempla, quę breuitatis studio omitto.

132. † In nonnullis tamen casibus fides præstita non est seruanda. Primus casus si de rebus illicitis data esset fides. Cum enim hoc sit contra bonos mores naturales, meritò non ualent pacta nec conuentiones, L. pacta, præd. tit. nostro, L. Nec stipulatio, L. ex eo. inf. de inutilib. stipulat. L. stipulatio hoc modo concepta, de uerb. oblig. Et L. fin. præd. tit. nostro. L. Quidam, §. fin. de donation. Nec si Iuramentum accessisset, c. cum Iuramento, ext. de homic. reg. in c. Non est obligatorium, ext. de reg. Iur. in 6. Et illis casibus nulla obligatio, nec ciuilis nec naturalis nascitur, ut per L. generaliter nouimus, de uerb. oblig. ibi, Nullius

lius momenti. Ad idem text. in d. L. pacta, ibi. Nullam uim. Cum plures effectus pariat naturalis obligatio, ut per DD. præsertim per Iason. in L. ex hoc Iure, in fi. de iust. & Iure, dixi alias in Rubr. de uerb. obligat.

† Secundus casus est, si securitas 133. data esset pro debito Ciuili in quo interuenisset Iuramentum, quia tunc non obstante securitate data, capi posset debitor. Ita singulariter dicebat Alexan. in consil. xxxviij. uisa petitione, uersic. circa secundam dubitationem, lib. iij. Et idem Alexan. in consil. 205. Visis his quæ narrantur, libro 2. Et dictum Alexan. refert, & sequitur Crot. in consil. nouissimè excusso, lxxxiiij. Captura facta, num. ij. ubi adducit Bart. doctrinam in L. Omnes populi, in iij. q. principali, de Iust. & Iur. statutum non posse di-

ſponere de actu iurato. Adde eun=
dem Alexand. in pluribus conſilijs.
In primis in conſil. 38. uiſa petitione,
col. iij. lib. iij. & aliás, nu. cclxi. Et in
conſil. 27. uiſo, col. ult. lib. i. uerſ. con=
firmo. Et in conſil. 125. uiſis & conſi=
deratis, col. pen. lib. i. Et in conſi. 449.
Cum ſtatutum. Iaſ. in L. Quoties, col.
prima, inſ. de precib. imperat. offeren.
Et iſtud eſt ſingulàre & mente tenen=
dum. Et idem uoluit Marcus Anto=
nius Bauerus in compendio ſuo, de
uirtute Iuramenti, in xxi. priuilegio.
Et ego quoq; dixi in noſtro compen=
dio Iuramenti. Et ſecundum prædi=
cta plures miſeri deciperentur, con=
ſiſi de eorum ſecuritate & ſaluo con=
ductu præſtito, & interim capi poſ=
ſent, pro ut dicit Hypo. de Marſilijs
in ſingulari 515. inferens ad Ruſticos
& Forenſes, quib. cotidiè ſolet ciuitas
Bononi=

Bononienſis concedere ſecuritatem & ſaluum conductum, quòd non extenderetur ad debitum Iureiurando munitum. Et cum ſemper in obligatione uirtute inſtrumenti ſoleat propter quandam conſuetudinem apud nos accedere Iuramentum, ſecuritates huiuſmodi nihil operarentur.

Tertius caſus eſſet, † quando quis prius uiolaret fidem, tunc nullo Iure teneretur quis ſeruare fidem. Nam ut uulgò dici ſolet: Frangenti fidem, fides frangatur eidem, L. ſi inſtituta, de inoffic. teſtamen. L. qui fidem, de tranſactio. L. Cum præponas, la. ij. & ibi gloſ. expreſſè not. per illum tex. in uerbo uti, inf. eod. tit. noſtro, facit L. ſi conuenerit, pro ſoc. L. Quæro, §. Inter locatorem, locat. Ad idem eſt text. in c. Si infidelis, 28. q. 2. 134.

Ad idem glos. in c.Cum inter seniorem. Et ibi But. de elect. Glos. in L. Si non fuerit, de iur. iur. Innocent. in c. Intelleximus, de Adulter. Et ibi Ancha. Roman. in consil. 233. Et consil. 257. ubi adducit glos. in d.L. Si non fuerit. Anton. Corsettus in suo Repertorio. Iason & alij in d.L. Cum præponas. Et adeò hoc uerum est, ut quamuis etiam interuenisset Iuramentum: Tamen pars cui fracta esset fides, non teneretur ad fidei obseruantiam, text. est in c.iij.& ibi not. Innocent. & alij scribentes de Iureiuran. Ad idem text.in c.sicut,in ultimo,in fin.Et ibi Panor.de Iureiur.Et est glo.singularis in c.i.in glo.pen.de nou.for.fidel.in usib.feud.quę habet,
135. † quòd si Dominus non seruauerit fidem Vasallo, Vasallus uicissim nõ tenetur seruare fidelitatis iuramentum. Hoc

Hoc idem uoluit Pet. à bella pertica in suo tract. de Feud. Quali. Vasal. à fid. & obed. in fi. ibi: Item si dominus nõ obseruat. Decij in cons. 265. Instrumento, uers. 3. Aduertendum, ibi: Pacta uidentur. Leonardus Pisaurieñ. in cons. 108. Altissimi redemptoris, in fi. inter Cons. Bruni. Afflictus in c. penul. de form. fide. Et adducit d.L. Quæro. §. Interlocatorem. Alua. quoque ibi. Et iste casus recipit plures extensiones & exceptiones, quas uidere poteris per DD. præsertim Ias. in d. L. cum præponas.

Quartus casus & quarta exceptio foret si ex causa à Iure permissa quis non seruaret fidem datam, quia tunc esset excusandus. L. fin. Qui satisd. cog. L. fin. Ad municip. c. uenientes, de iurciur. ubi scribentes L. 2. §. si quis in iudicio, si quis caut. Quod po- 136.

test declarari pluribus exemplis, ut: Si quis promisisset sisti in iudicio tali die, & esset dies feriatus, d. §. si quis in iudicio. Item intelligitur excepta superioris autoritas uel legis, d. l. fin. Ad Municip. Vel parentis. Et ideò singulariter dicunt Castren. & Rom.
137. in d. l. fin. Qui satisd. cog. † quod si studiosus iurasset non egredi territorium Bononiense absque creditorum licentia, ut cotidie contingit nostris studiosis propter maximos sumptus factos, & propter æs alienum contractum: Tamen si auocaretur à patre seu superiore, ut in patriam rediret, posset absque ullo periurio recedere, Dummodo non fraude hoc simularet. Et Guil. à Cunio refert sibimet hoc contigisse in ciuitate Bononiæ in d. l. fin. Hoc idem asserit Feder. Petrucius Senensis in cons. 91. Quæstio talis est. Et istud

istud dictum pluribus additis autoritatibus refert & sequitur Ias. in d.l.fin. Qui satisd. cog. nu. 5. cum sequenti, ut latè ibi per eum. Et corroborantur prædicta adeò, † ut quis posset recede 138.
re à fide præstita, & excusari, etiamsi interuenisset Iuramentum, ut in d. l.fin. Qui satisd. cog. Et d. c. uenientes. Nam uidemus quoque iuramentum iurantem non astringere ubi deficit consensus, L. fin. & ibi glos. Bar. & omnes inf. de non nume. pecu. Et idem aliàs dicebã in nostro iuramenti compendio.

Quintus casus, † si quis iusto im- 139.
pedimento retentus fuisset non diceretur quis fidem fallere. Quia uidemus difficultatem seu impossibilitatem excusare aliquem à mora. Et de hoc est notab. tex. in c. significante, de pigno. ubi per impedimentum

quis

quis excusatur non obstante iuramento, ut ibi dicitur. Ad idem est tex. in L. Si uehenda, §. Idemq; iuris. Ad L. Rhod. de iact. cum simi. facit Reg. in L. Impossibilium nullam esse conditionem & obligationem de regu. iu.
140. Et ita DD. dicunt in Iuramento, † ut: si quis iurasset & propter difficultatem ac impossibilitatem impediretur, tunc posset licitè perfringere leges iuramēti. Ita Innoc. in c. Venerabilem de Elect. Summa Syluestrina de iuramento. §. 4. num. 18.
141. Sextus casus, † si quis non spontè, sed ui & metu aliquid promisisset, quia tunc fides non esset seruanda, etsi interuenisset Iuramentum, & hoc est firmissimum in Iure Canonico. c. si cùm cōtingat, de Iuriur. c. Quamuis. Ext. de pact. in 6. Et uidemus Transactionem metu factam minimè ualere, l.
inter-

interpositas, Et l. Si quis maior inf. de Transactio, sed non quilibet metus sufficit, sed qui cadit in constantem uirum, uidelicet uitæ periculum uel corporis cruciatus, ut eleganter inquit Imperator in d. l. interpositas, qui declarat I.C. in l. Metum. De eo quod met. cau. debet esse metus perspicuus, non autem præsumptus per media extrinseca, sed per intrinseca. Et hoc est quod dicit textus in d. l. interpositas, ibi: ex negocij qualitate, præsumi, ut glo. & DD. ibi declarant, & alias dixi in d. l. interpositas.



VM ergo dicturi simus de pactis, ius ciuile dissentit à Iure gentium. Nam non in totum omnes hominum conuentiones obseruandas esse statuit,

tuit, nonnullos confirmauit, & pluresque exclusit, denegans robur et efficaciam omnibus conuentionibus, sed solum his uim tribuens, quæ à Iure Ciuili corroboratæ & confirmatæ fuerunt. Et in effectu ius ciuile recusauit pactis nudis efficaciam iuris, ut infra dicam, ad quod priusquam deueniam, operæ pretium me facturum putaui, si prius quid sit pactum nudum exponam.
142. † De eo plures sunt DD. sententiæ & doctrinæ, quomodo cognosceretur & distingueretur pactum nudum, ut uidere est apud glos. & DD. in L. iuris gentium, § sed cum nulla, uers. igitur nuda pactio, eod. Primò dicebant pactum nudum esse, quando inter partes hoc actum erat, ut esset nudum, d. L. iuris gentium, §. quod ferè. Verùm istud exemplum non ponit doctrinã, qua cognoscatur pactũ nudum, neque
in se

in se uerum est, quia hæc res non pendet ex uoluntate partium, sed ex legis dispositione. Ideoq; glos. ibi aliud exemplum tradebat, quando nimirum facta fuisset promissio, non præcedente interrogatione, tunc illa esset nuda promissio, sed glos. contra istud exemplum opponebat, dicens tunc non esse pactum sed pollicitationem, d. L. pactum, de pollicit. Bart. ibi defendit istud exemplum, quia eo quòd facta erat promissio parte præsente, atq; ita duorum consensus interueniebat, dicebat pactum esse, & non pollicitationem. Quod ad hanc quæstionem attinet satis copiosè sententiam nostram sup. exposuim⁹, tenentes manere pollicitationem & non pactum, ut benè glos. sentiebat.

Tertium exemplũ gl. erat, quando stipulatio esset inutilis, utpote, quia

inter

inter absentes facta, quæ non ualet. L. i. cum plurib. alijs, de uerb. obligat. L. inter absentes, inf. de inutilibus stipulat. uel quia præcessit responsio interrogationem contra iuris ordinem, ut in L. i. inf. de usur. & in L. v. §. stipulatio, de uerb. oblig. uel, dicebat glosa, quocunque modo inutilis esset stipulatio. Nam plures sunt modi, per quos redditur inutilis stipulatio, ut patet inst. per tot. tit. de inutil. stipulat. Nam tunc stipulatio inutilis continet in se nudũ pactum. L. an inutilis, Primo responso, secundum literam Pisanam, quæ hodie Florentina appellatur, cum Florentiæ reperiatur. Nam ille tex. loquitur affirmatiuè & negatiuè legitur secundum uarios codices. Hæc exempla referuntur quidem à glos. & Doctoribus, ad declarandum quæ sint pacta nuda, uerum per illam

ueram

ueram & magiſtralem doctrinā huius quæſtionis non habemus. † Ego ex 143.
DD. ſententia clarius dicerem, pa-
ctum nudum eſſe, quotieſcunq; pa-
cta à Iure ciuili non confirmantur ac corroborantur, non quærendo de cauſsis. Nam quando lex requirit cō-
nentiones hominum manere in pu-
ris terminis conuentionis, nolens ro-
bur ac uirtutem ijs præſtare, aut for-
mam & ſpeciale nomen attribuere, tunc pacta nuda eſſe auſim affirmare. Imprimis enim hoc ſuadet uocabu-
li Etymologia. Quid enim aliud eſt pactum nudum, quàm non receptum à L. & per conſequens, ut DD. lo-
quuntur, non ueſtitum? Idq; etiam uidetur innuere text. in d. L. ſcien-
dum, §. dictum, in uerb. promiſſum, ibi, nudam promiſsionem, de ædil. edict. Quod uero Lex noluit ſine
L diſcri-

diſcrimine omnes hominum conuentiones approbare, quas ius gentium introduxit, & ratio ęquitatis ſuadet, ſupradictum eſt. Lex enim ciuilis cautius agere uoluit, ut non ex omni obligatione homines obligarentur, ſed ita demum, ſi conſtaret de deliberata mente eorum, atq; ita tunc demum uoluit naſci efficacem obligationem, quoties legitimæ cauſſæ fuerint. Iis autem conuentionibus, quas lex uoluit ueſtiri, ut ita loquar, pluribus modis ueſtimentum attribuit. Imprimis enim inuenit ueſtimentum omnium generaliſsimum contractum, ſcilicet ſtipulationis, per quem contractum indiſtinctæ omnes nudæ conuentiones, omnia nuda pacta confirmantur, ut patet ex L. ex placito, cum infinitis alijs iuribus, de rer.
144. permut. † Et hinc eſt quod Bart. in

L. ij. in fin. de condict. ob causs. dicebat, nullum esse contractum innominatum aut pactum nudum, cum per notarios semper soleat apponi stipulatio. Secundum uestimentum particulare fuit consensus specialiter in quibusdam contractibus, quos solo consensu lex confirmauit, prout in contractibus bonæ fidei, ueluti emptionis, uenditionis, locati etc. Quib. contractibus lex dedit speciale & elegans nomen, ut dicit IC. in d. L. Iuris gentiū, & ratio est, quia in his bona fides magis inspicitur, quàm in aliis cōtractibus, nec scriptura aut uerborū solennitas requiritur, ut dicit tex. in d. L. consensu, de actio. et obligat. Hinc uidemus constitutum hodie amplius nudum pactum non esse, eò quòd à Pretore uestitum est, & confirmatum lege ciuili, ut Bar. et DD. dicūt, in d. L.

Iuriſgentium, §. quinimò: Idem uide-mus in contractu donationis, qui olim pacto nudo non ualebat, ſed neceſſaria erat ſtipulatio, non ob aliam cauſſam, quàm quod Lex non facile præſumebat aliquem donare uelle, niſi per ſtipulationem, quæ cum præcedentem habeat interrogationem, magis conſtabat de deliberata mente. Hodie uero quia à Lege eſt ueſtitus & approbatus, L. ſi quis argentum, inf. de donat. ex eo naſcitur obligatio & actio. Aliud etiam ueſtimentum Lex inducit, ut in obligatione per Chirographum Inſt. de oblig. liter. in L. in contractibus, inf. de non numer. pecun. Item Rei interuentu nudum pactum recipitur à Lege, etiam in contractibus innominatis, ut patet in d. L. ſi ex placito, L. ſi pecuniam, de condict. ob cauſs. Item re-

traditionis cohærentia, ut in L. traditio, eodem, & L. Legem, inf. eod. Item cohærentia contractus, d. L. Lecta, d. L. petens. Item si iuramentũ accesserit, ut dicebat Roma. in cons. lxx. Postremò generaliter, quotiescunq; legitima dispositio accedit, tunc pactũ non dicitur nudũ. † Sit igitur doctrina generalis, quod ubicunq; lex nõ confirmat 145.
nuda pacta & nudas cõuentiones, illa dicantur nuda pacta, seu nudę promissiones. † Atq; hic est meo iudicio opti 146.
mus modus cognoscendi nuda pacta sint, an uero uestita. Sunt qui asserunt nudum pactum etiam dici ubi nulla sit caussa, ubi uero caussa sit, tunc nudum pactum non dici. Et ponderant text. in d. L. Iurisgentium, §. sed cum nulla. Verùm ille non est illius textus sensus, ut DD. omnes ibi dicũt, Sensus est IC, quod contractus nominati,

de quibus in d.L. naturalis, non habent effectum, nec producunt efficacem obligationem, nisi caussa superuenerit, hoc est, nisi implementum caussæ accesserit, ut apparet in d.L. si ex placito. Et in d.L. si pecuniã. Nam absurdum est dicere, quòd ubi non sit caussa, dicatur pactum nudum, quia caussa in omni conuentione necessaria est, ut si in pacto nudo non est caussa, nulla est conuentio, nec dicitur pactum nudum, ut singulariter dicit Bald. in L. si de diuisione, inf. famil. erciscu. Et in L. cum quis, inf. de Iur. & facti ignorant. Caussa accipitur pro uestimento. Nam stipulatio etiam sine caussa non ualet, ut est text. in L. ij. §. circa iuncta glos. ibi. de dolo mal. & met. except. Et si capiatur caussa pro uestimento, ubi est caussa, hoc est, ubi est uestimentum à Lege, ibi non

non est pactum nudum sed uestitum. Vbi uero non est comprobatio Legis, & per consequens nec caussa, ibi est pactum nudum. Et ista est uera declaratio ex Doctorum omnium sententia.

Habetis igitur hoc modo claram doctrinam, ut pactum dicatur nudum ubicunque non est confirmatum à lege, ut quia caussa nulla subsit, quare lex ciuilis uoluerit recipere nudas conuentiones.

† Postquam declaraui, quid sit pactum nudum & quomodo cognoscatur, uidendum erit pactum nudum quid operetur, & qui eius sint effectus quantum ad naturalem et nudam obligationem, & hæc est præcipua materia pactorum, quam breuibus perstringam atque explicabo. 147.

† Primus nudi pacti effectus est, 148.

quod parat soluti exceptionem, seu impedit solutionem, ut est tex. in d. L. Iurisgentium, §. sed cum nulla, §. igitur nuda pactio. eod. Nascitur aũt ex pacto nudo naturalis obligatio propter consensum à iure naturali gentiũ receptum, nempe fidem seruare, d. L. i. eod. d. L. i. de constit. pecu. cũ similib.

149. † Secundus effectus est, ut pariat compensationem, L. etiã. de compens.

150. † Tertius effectus est, ut si ex pacto nudo nascatur naturalis obligatio, in terris Ecclesiæ efficaciter quis obligetur, cum iure Canonico, ut inf. dicam, nascatur actio ex pacto.

151. † Quartus effectus est, ut si quis in conscientia & iure Poli teneatur efficaciter, ut tenuit Pano. in c. plerique. ex. de immunit. Eccles. Ideo qs uti possit denunciatione Euangelica, ad consequendum id, quod in nudum pactum deductum

deductum est, ut inf. dicam. Quod uero in foro Poli quis teneatur, sentit tex, & ibi Bald. expresse, in L. etsi inutiliter inf. de fideicom. dixi aliàs in L. nemo potest, de lega. i.

† Quintus effectus est, ut constitutum locum habere possit, d. L. i. §. debitum, & per tot. illum tit. de constit. pecun. & d. §. de constituta. de actio. Instit. 152.

† Sextus effectus est, ut si præcedat aliqua naturalis obligatio, & interueniat pactum nudum geminatum, tunc nascatur efficax obligatio & actio, per tex. in d. L. fin. inf. ad L. falcid. secundum communem intellectum ibi, ut sup. dixi, inspecta ratione textus, dum dicit ibi, eadem æquitatis ratio &c. quę ratio omnino excludit intellectum nonnullorum asserentium illud uerbum cautionem, intelligendum esse 153.

de stipulatione, quia tunc non æquitas, sed iuris rigor locum haberet, ut in simili dicit tex. in d. §. de constituta, ubi si accedat stipulatio, constitutum euanescit, & iure ciuili tenetur, ex rigore scilicet & Lege, non ex iure prætorio & æquitate. Atque ita ibi inducendus est textus pro cõmuni sententia.

154. † Septimus & ultimus effectus est, ut licet pactum nudum non pariat actionem, parit tamen liberationem per uiam replicationis, non ipso iure, sicut per stipulationem, L. si unus, §. pactus ne peteret, eodem. Rationem differentiæ I.C. ibi ponit, quę ab interpretibus declaratur, ut ibi apud illos licet uidere. Plures effectus pacti nudi hic referre possem, qui ex naturali obligatione ex nudo pacto nata sequuntur, sed quia de ijs latè per Bart. & DD. in L. ex hoc iure, de iust. & iur. tractatur, illis supersedeo. † Sed

† Sed quoniã regula generalis est, 155.
ex nudo pacto non nasci obligationẽ
efficacem & actionem, ab eaq; regu-
la plures casus excipiuntur, rectè atq;
ordine me facturũ putaui, si hoc loco
exceptionis casus uobis traderem.

† Primus exceptionis casus gene- 156.
ralis est, atq; ex diametro regulę aduer
satur, quòd licet regula sit iuris ciuilis,
ex nudo pacto non nasci efficacẽ obli-
gationem, tamen secus sit de Iure Ca-
nonico, c. i. c. qualiter, & ferè per to-
tum illum titulum ext. de pact. Idq; ita
obtinet secundum communem DD.
sententiã, ut latè uidere licet apud Ca-
nonistas in locis iam dictis. Idemq; cõ
muniter fatentur, I.C. nostri. In terris
igitur Ecclesiæ ius canonicum serua-
retur, ut ex qualibet conuentione na-
sceretur efficax obligatio, unde sequi-
tur, ut aliàs quoq; in Rub. de uer. obli.
memini

memini me docere, in terris Ecclésiæ non esse necessariam stipulationem, sed tantum in terris imperij. Fundamentum Iuris canonici est in iure diuino, dum dicitur, † inter simplicem
157. loquelam & iuramentum Deum nõ constituere differentiam, ut legitur in c. Iuramenti, xxij. q. v. Et sicut in pluribus casibus pactum nudũ à Iure Ciuili uestitur, ita à iure Canonico semper & indistinctè pactum nudum dicitur legitima conuentio. Sed quod dicitur iure Canonico ex pacto nasci obligationem intelligendum est de pacto nudo simplici, ex quo nascitur naturalis obligatio, quam inspicit Ius canonicum. c. dilecti, ext. de iudic. secus, ut dixi, in contractibus innominatis, quia tunc de iure Canonico nõ nascitur efficax obligatio, ex quo non nascitur naturalis obligatio, quæ ex
con=

consensu simultaneo oritur. Nam in contractibus innominatis correspectiuis non solum nō ciuilis nascitur obligatio, sed nec naturalis, ita singulariter dicebat Bald. in L. siue apud acta, col. ij. inf. de transact. Ius canonicum corrigere ius ciuile, quantum ad nudum pactum simplex, non quantum ad pactum nudum correspectiuum quia in illo ius ciuile non est correctum, & hanc exceptionem absq; omni dubio sequuntur Iason & Alex. in d. §. sed cum nulla, nu. 8.

† Ista distinctio Baldi non uidetur uera, dum distinguit inter pactum simplex & correspectiuum nudum, quia negatur, quod in contractibus correspectiuis non nascatur naturalis obligatio, imò nascitur prout uidetur sentire tex. in L. i. in princip. ibi, initium obligationis re secuta. Ex quibus uerbis 158.

bis poteſt intelligi ante rem ſecutam in contractibus innominatis natam fuiſſe obligationem poſt rem. ſecutam. Poteſt etiam induci text. in d. L. ex placito, attento principio & fine, inſ. de rer. permut. dum in fine dicitur, quod ſi innominatis contractibus apponitur ſtipulatio, tunc quæſitæ ſunt actiones partibus, ergo antéa nõ erat nata efficax obligatio, ſed tantum ciuilis inefficax. Hoc idem ſentit textus in d. L. Iurisgentium. §. ſed cum nulla, cum loquatur de obligatione ciuili, de naturali non erat dubium. Sed quid multis ? uerus conſenſus eſt in contractibus innominatis correſpectiuis, & ita DD. communiter magis dicunt in cõtractibus correſpectiuis natam eſſe naturalem obligationem, ut apparet per Socin. laté diſputantem hunc articulum in d. Rub. de uerb. oblig.

oblig. col. ij. circa finem, † & propterea indiſtinctè ſeruetur ius canonicum, uolens ex pacto nudo ſiue ſimplici ſiue correſpectiuo naſci efficacem obligationem, & huius rei diligens inquiſitio non eſt inanis, ſed maximi momenti in eo foro, in quo ius canonicum obſeruatur. 159.

† Secundus caſus eſt in ijs locis & perſonis, apud quos ſeruatur æquitas & non iuris rigor, ueluti in aula mercatorum, inter quos agitur ex bono & æquo, prout not. Bart. dicebat in L. quintus per illum tex. & in L. fideiuſſor, §. quædam mandati, Roma. in L. filiusfamilias, in prin. de donat. & Bald. in c. ſi pro debilitate extr. de offic. deleg. dicit quòd bona fides plurimum apud mercatores requiratur, inter quos non differt pactum nudum à ſtipulatione, per rationem 160.

d. L. i. de constit. pecu. & §. argentarij, iuncta glos. ibi in aut. de fideiuss. Et ita DD. cõmuniter sequuntur dictum Bart. in præall. locis. Licet recentiores disputent in d. rub. Et hanc limitationem ad prędictã regulam sequuntur Ias. & Alex. in d. §. sed cum nulla, ubi adducebat rationẽ, cur magis hoc inter mercatores quam inter alias personas seruaretur, dicens, hoc esse propter nimiam frequentiã contractuum emptionis & uenditionis, tunc enim ius ciuile debet dispensare, ut omninp inter mercatores solo consensu eorũ commercia perficiantur, prout etiam lex uoluit in dictis contractibus, in d. L. consensu, de actio. & obligat. in L. pactũ quod bona fide, inf. eod. Nam mercatura necessaria est Reip. & probatur in L. i. ubi I. C. Platonem adducit, de nud. merito igitur ius gentium

inter

inter mercatores inſpicitur ſpretis iuris apicibus.

† Tertius caſus ſit, ut licet pactum nudum regulariter non pariat actionem, tamen quia turpe eſt non ſtare promiſsis, ut Bar. dicebat in d. L. quintus, per illum tex. Ideo non imputatur fideiuſſori, qui ſoluit illud, ad quod principalis non tenebatur efficaciter, ſed ſaltem de æquitate, prout dicebat Bart. in L. ſi pecuniæ, per illum text. in fin. de exhi. lega. & in L. ſi fideiuſſor. in fin. de fideiuſſ. Iſta limitatio uidetur periculoſa, quia retenta iſta limitatione, ferè totum ius noſtrum Ciuile corrigitur. Nam licet ſit turpe denegare promiſſa, non idcirco tamen de rigore iuris compelli poteſt debitor: haud equidem nego, quin ſi debitor uelit ſoluere id, ad quod naturaliter obligatus eſt, id facere poſsit. Pauci 161.

ſane hodie reperiuntur, qui debitum naturale uelint ſoluere, ob id tantum, quia turpe ſit promiſſa non ſeruare: ſatis eſt quod iure poſſum tibi denegare, & qui autore Prætore facit quid, ſecundū Iuris regulas nihil meretur. L. Gracchus, cum uulgar, inf. de adult.
162. † Quartus caſus eſt, ut licet ex pacto nudo in foro ciuili non naſcatur efficax obligatio, tamen executio poſsit fieri per denunciationem Euangelicam. Ita Butri. Imo. in c. quæ in Eccleſiarum, ext. de conſtit. Et quæ ſit forma denunciationis Euangelicæ, declarat Bart. in extrauag. ad reprimend. in uerb. denunciationem, qui ſint rebelles.
163. † Sed nō parum de hac quoq; limitatione dubito, quam ſequitur etiam Iaſon in d. §. ſed cum nulla. Nam ſi uera eſſet, deſtrueret quoq; ius ciuile, quia per hāc uiam aliquis compellere

poſſet

possset debitorem suum naturaliter sibi obligatum. Possset fortè locum habere apud illos, qui reciperēt denunciationē Euangelicā, sed apud paucos forsan. Debitores enim si exceptionibus creditores excludere possunt omnibus modis id facere conantur. Sanè dictum Butrij & Angeli in meo libro non reperitur, unde miror Iasonē in eo fundamentū suæ sententiæ facere.

† Quintus casus sit, quòd cum Iure gentium pactum nudum indistinctè erat efficax, ut manu regia iustitia administraretur, L. ij. de orig. iur. Sequitur ut si adiretur Imperator aut aliquis Princeps, qui non cognosceret superiorem, si non seruarentur ea, quæ in nudo pacto dicta sunt, dictæ personæ peccarent, ita Butrius in c. quæ Ecclesiarum, & Alex. in d. §. sed cum nulla, & Iason ibi, 164.

165. † Sextus casus quando pactum esset geminatum, quo casu induceretur constitutum: Sed ista limitatio intelligenda est, quando expresse cõstaret de animo constituentis, & non aliàs ut supra dictum est, iuxta dictum Bart. in d.L. quinimò, quia tunc non esset pactum nudum, sed contractus nominatus, ut supra dictum est.

166. † Septimus sit casus, quando in pacto nudo deduceretur illud, ut quis teneretur ex legis dispositione, tunc enim ex huiusmodi pacto à lege corroborato oriretur actio, ut colligitur ex glos. in L. Legitima, circa principiũ, & ibi Bart. Ang. & alij not. eod. & iste casus nõ habet difficultatem cum pactum non dicatur nudũ sed uestitum.

167. † Octauus casus generalis est, ubi ex obseruantia pacto nudo teneretur de damno, tunc cõpetit illi actio de dolo.

Ita notatur in §. seruus pactionis, de dolo. ubi Bar. Bal. hoc notant, dicentes per illum tex. totam materiam pactorum restringi. Hoc idem uoluit Alex. in d. §. sciendum, & in L. si conuenerit, col. ij. de iurisd. omn. iud. & in cons. xlv. uiso puncto ex his quae narrantur lib. ij. Et ad hoc accedit Archidiaconi dictum in c. quocunque suffragio, xij. q. ij. ubi dicit, quod licet apud Catalanos nō detur actio ex promisso, tamen Catalanus qui detinet uiatorem uarijs promissis & inutilibus stipulationibus, tenetur ei de dolo, & adducit Vincentium Hispanum antiquum Doctorem, in proœmio decretalium. Hoc idem dicit Ioan. Andr. & Panor in c. cum inter uniuersos, col. ult. ext. de elect. sequitur Iason in d. §. sed cū nulla, & Ang. in cons. cxciiij. dicit, quod in terris Imperij non aga-

tur ex pacto nudo, hoc intelligitur quo ad regulam, non quo ad damna & interesse, quia peti potest damnum & interesse licet proueniat ex pacto nudo. Et idem Ang. dicebat in L. pro ea, inf. mandati. Hoc idem sequitur Decius in d. L. si conuenerit. nu. 10.
168. de iurisd. omn. iud. † Ista uero limitatio licet generalis sit, tamen in se non est exceptio, quia in omnibus casibus, quando caussae implementum interuenit nascitur efficax obligatio & actio, ut patet in d. L. ex placito, in d. L. si pecuniam, facit etiam tex. in d. § sed cum nulla. Vbi quando nulla caussa est impleta, nulla nascitur obligatio efficax. Ergo à contrario sensu, ubi caussa impletur nascitur. Et pro hac sententia est textus apertus in d. L. naturalis, §. i. de praescrip. uerb. ubi dicitur, si rem tibi dederim, ut rem accipiam, non so-

lum

lum uenit in illã actionem, ut reddas mihi rem, sed ut damneris mihi quanti interest mea illud de quo cõuenit, accipere. Et sic patet generale hoc interesse, ut quis non patiatur damnum aliquod ex aliquo contractu.

† Nonus casus sit, quando pactum uestitur iudicij calore, quia tunc fomentum habet & à lege, ita per plura, uoluerunt Roma. Are. Alex. & alij in L. i. de ugr. oblig. præsertim per tex. in d. L. cum ostendimus, in fin. de fideiuss. qui tex. simpliciter hoc nõ probat, quia plura ibi concurrunt ultra iudicij fomentum, ut DD. cõmuniter dicunt, & ibi aliàs dixi in d. L. Iste casus ab omnibus recipitur, ut Bar. per illum tex. in L. tale pactũ. §. qui prouocauit eod. & ibi Castr. Licet Baldus contrarium uoluerit. in d. §. qui prouocauit, per tex. in L. siue apud acta. de transact. 169.

Et.

Et hanc limitationem sequitur Iason in §. igitur nuda, pro cuius confirmatione plura adferri possunt, ut acta apud Iudicem plurimum operentur, ut per DD. in d. c. si cautio. ext. de fid. instrum. Nam una confessio extraiudicialis non plene probat, sed duæ geminatæ plurimum operantur, per doctrinam Bar. in d. L. sancimus &c. de agri. & censit. lib. xi. Et tamen si una interueniat coram iudice plene probat.

170. † Decimus casus sit, si iure municipali caueretur uel constitutionibus, ut Instrumentũ habeant uim confessionis et paratã executionem, prout DD. dicunt de instrumento Guarentigiato, tunc pactum nudũ produceret efficacem oblig. Ita Bald. in L. ij. circa fin. inf. de exec. rei iud. Et iste casus nullã habet difficultatem, quia standum est statutis & cõditionibus, & receditur à iur. Ciuili.

† Vn-

† Vndecimus casus est, quando ali- 171.
quid promitteretur pacto nudo, &
postmodum accederet iuramentum,
per L. si quis maior, inf. de transactio.
idque uoluit etiã Matthes. licet sub du-
bio, in singulari xi. incip. nonã regu-
lam, Salicet. in d. L. Legẽ, inf. eod. Sed
apud me ista limitatio nullã habet dif-
ficultatem, cum iuramentum interue-
nit. Nam inter omnia uestimenta le-
gitima iuramentum est ualidissimum:
cessatque ratio in iuramento, quæ mili-
tat in pacto nudo, cùm omnino con-
stet de deliberata mente promitten-
tis, quando quis iuramento affirmat
se pacta conuenta seruaturum. Maxi-
mam autem uim esse iuramenti satis
luculenter me in compendio iura-
menti declarauisse arbitror.

† Duodecimus casus est, quo ad 172.
conscientiam ac forum poli. Nam in-

ter pactum nudum & solennem sti-pulationem, teste Baldo in Rubr. eod. nulla est differentia in foro poli. Idem dicebat Panor. in c. Literarũ, per illum tex. extra de uoto. faciunt ea, quæ supra adducta fuerunt, quod ius diuinum nõ facit differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum, d. c. iuramenti. xxij. q. v.

173. † Decimus tertius casus est in fœdere & pubicis cõuentionibus. Nam in illis agi potest ex nudo pacto, ita Bald. singulariter. in c. i. col. utlima, in fin. extra eod. Nam acta publica non indigent fomento uerborum. L. conuentionum, eod. titu.

174. † Decimus quartus casus est in Vassallo, qui promisit inseruire domino proprijs impensis, ut ex pacto nudo teneatur, ne fides careat renunciatione, ita Bald. singulariter dicebat in d.

c. si

c.ſi cautio, ext.de fid. inſtrument. col. ij. ad quod dicit textum unicum eſſe & ſingularem, in L. inter ſoccrum, §. conuenit, de pact. dotalib.

† Decimus quintus caſus eſt, ut licet regulariter naturalis obligatio, quæ prouenit ex nudo pacto, nõ producat efficacem obligationem, tamen negotiorum geſtor poterit eam intentare, L. at qui natura, de neg. geſt. 175.

† Decimus ſextus & ultimus caſus ſit, qui refertur per Iaſo. in d. §. igitur nuda pactio, quando pactum fieret ſub conditione, quæ poſtmodũ uerificaretur, quia tunc pro implemento haberetur, ita ſingulariter Ang. dicebat in L. cum ad præſens, per illũ tex. ſi cer. pet. & in L. ſi mora, inf. eod. Idem Bald. in L. quoniam, inf. de rer. permut. Contrariũ uero tenet Iaſon in d. loco poſt Bald. in c. cũ inter, col. pen. 176.

N 2 ext.

ext.de remuner. Et in c.cum Ioannes, ad fin.ext. de fid.instrum. Nam duo specialia contra Iuris regulas non admittuntur, per not.per glos.& DD.in L.i.inf.de dot.promis.p Bart. & DD. in L. si is qui, pro emptore, in fin.de usucap.et in L.singularia, si cert.petat.

177. † Mihi magis placet sententia Angeli, quia uidemus implementum caussæ in contractib.innominatis producere efficacem obligationem, iuribus sæpe adductis. Ergo idem dicendum est si cōditio uerificaretur, et militat ratio d. L.eleganter, §.seru⁹ pactionis, de dolo, ubi Bart.& DD. nec non d. L.naturalis, §.i. ut quis teneatur ad damnū & interesse. Nec obstant fundamenta Iasonis & aliorum, quia duo specialia cōcurrere possunt, quando ex diuersis fontibus oriuntur, ut per Bart.in d.L. si is qui pro emptore. Item regula illa non

non est uera, nec lege probatur, quod duo specialia nõ possunt concurrere; solum habemus autoritatem glos. in d. L. i. inf. de dot. promiss. quæ absq; lege loquitur, & alias probatur pluribus iuribus, illud dictum uulgare non esse uerum, ut late dixi in L. i. solut. mat. & in L. sciendum, de uerb. oblig. Atq; isti quidem sunt casus per Ias. & Alex. in d. §. sed cum nulla adducti, in quibus ex nudo pacto efficax producatur obligatio, † ultra quos tamen alij nonnulli possunt adduci.

† Decimus septimus igitur casus sit 178.
in caussa dotis, ut de hoc est text. in L. ad exactionem, inf. de dot. promiss. Quamuis hodie habemus Nouellam sanctionem Iustiniani, in d. L. in princip. inf. de rei uxor. act. ut fingatur stipulat. Et hoc est pręcipuum Ius singulare inter priuilegia, quę in causa dotis

traduntur, ut per glos. magnam, & ibi DD. sol. matr. Imò secundum quosdam ualet pollicitatio fauore dotis, ut in L. fin. inf. ad Velleia. Quæ tamen pollicitatio debilior est pacto, cũ pollicitatio sit consensus unus, d. L. pactum, multò magis in pacto nudo.

179. † Decimus octauus sit casus fauore piæ caussæ, prȩsertim si quis incеperit soluere, uel aliquid facere. Salic. & Alex. in d. L. Iurisgentiũ, §. quinimò. Atq; hæc ratio à maiori procedit, quia si fauore Reipu. pollicitatio ualida sit, quando opus est inceptũ, d. L. i. §. coepisse, de pollic. multò magis pactũ nudum ad pias caussas. Huc enim pertinet etiam, qđ uoluerũt Bart. et Bald. in L. i. sup. de sacros. Eccl. pollicitationem operari effectum ad pias caussas. Idẽ in specie reperio dixisse Roma. in Aut. similiter. in iiij. speciali inter contractus

tractus inf.ad L. falcid.Et in L.si fide-iussor.col. ult. qui satisd. cogan.Socinum in reg. cccx. quarto priuilegio, Tiraquell.in suo compend. de priuil. piar.caussar.in priuil.xxiij. qui omnes utuntur supra adducto argumento de dote ad piam caussam, quod ualidum est,cum in pia caussa præferatur salus animæ , quæ cunctis rebus est præferenda.L. sancimus, cum uulgar. sup. de sacros.Eccles. Et pro hac cõclusione faciunt ea,quæ post Bart. dicuntur in L.i.sup.de sacros. Eccles.ut in dispositionibus ad pias caussas nõ sit curandum de Iure Ciuili,solius iuris gentiũ & diuini habenda est consideratio. Idem dicunt Panor.& Cardinal. in c. cũ esses.& c. relatũ.ext.de testam. ubi bonus est tex.Sed ratio Iuris gentium dictat unà cum iure diuino fidem seruandam esse. Ergo in fauorẽ piarum

caussarum ius gentium est inspiciendum, late dixi in nostro compendio priuilegiorum piarum causarum, in d. L. i. hoc anno.

180. Decimus nonus casus sit, † ut si Princeps pacto nudo aliquid promiserit, tunc habeatur non ratio Iuris ciuilis, sed iuris gentium, cum Principis sit seruare fidem, per dictum Psalmistam sæpius adductum, ea quę proueniunt ex labijs meis non faciam irrita. Et per illud singulare dictum Baldi in prężallegato cons. cccxxvij. lib. i. quod Princeps debet habere unum calamum, unam linguam, & uerbum eius erit immobile sicut polus in cœlo.

181. † Vigesimus casus sit mente tenendus, ut etiã ex pacto nudo nascatur efficax obligatio in caussa studiorum, quod licet ab alijs in specie dictũ non reperiã, tñ uiua ratione moueor ut ita sentiam.

ſentiam. Nam dotis ſtudiorum cauſ-ſa æquiparantur, prout Bar. & DD. omnes uolunt, in L. i. in fi. ſolut. matri. Sed in cauſa dotis ut ſupra dictũ eſt, ex pacto nudo agitur. d. L. ad exactionem. Ergo &c. Deinde idem hoc modo probatur. Quod licet incertitudo Rei uitiet diſpoſitionem L. triticum & L. ita ſtipulatus ſum, la grande de uer. oblig. Tamẽ gratia ſtudiorum incerti diſpoſitio non uitiatur. tex. not. in L. Stichus de leg. 3. Ita enim Ale. & DD. concludunt per illum tex. in d. L. ita ſtipulatus. Pro hac ſententia etiam in ſpecie adduco optimum dictum Bald. in L. i. col. ij. uerſ. ij. quæro, inf. de ſuffr. ubi in ſpecie dicit ſalarium aduocato ex pacto nudo promiſſum deberi.

† Vigeſimus primus caſus ponatur 182. generalis & inſtar regulæ, ſub qua plures caſus continentur, ut ubicunq; fa-

uor publicus militauerit, tūc ex pacto nudo nascatur efficax obligatio, Idq́ʒ clarum est ex alijs supra adductis exceptionibus quod in fœdere & conuentionibus publicis fides seruanda sit. Nam ubi ratio publici fauoris locum habet recedimus à Regula Iuris communis. Auth. res quæ, cum pluribus a-
183. lijs inf. de fidei cō. † xxij. Et ultima generalis sit exceptio ubicunq́ʒ lex fingit stipulationem ut in pluribus casibus, ut per Bar. & DD. in L. i. & ibi dixi de uer. ob. in prin. tunc proculdubio nasceretur efficax oblig. ex omni cōuentione scilicet hoc casu non sit proprie exceptio.

184. † Postremo in hac ultima parte principali breuiter quasdā differentias inter tractatus nominatos & innominatos ponendas esse putaui. Id enim utilitatē non contemnendā uobis allaturum

rũ ſpero, nec locus hic alien⁹ uidetur.

Prima igitur differentia eſt, † quod contractus qui nominantur, dicuntur ij, qui non manent in meris finibus conuentionis, ſed aſſumunt ſpeciale & elegans nomen, atq; iſti cõtractus cum à Lege confirmentur, pariunt efficacem obligationem, d. L. Iuriſgentium, in prin. eod. Innominati uerò cõtractus quia debiles ſunt absq; nomine ac legis confirmatione remanent in meris terminis nudæ conuentionis, non pariunt efficacem obligationem, d. L. ex placito, d. L. ſi pecuniam d. L. Iuriſgentium, §. ſed cum nulla. Ita enim demum pariunt efficacem obligationem, ſi cauſſæ implementum interuenerit, ut ita dictis iuribus uel ſtipulatio, ut in d. L. ex placito. in fin. 185.

† Secunda differentia eſt, quod in 186.

contra-

contractibus innominatis, eo quod non sit nata efficax obligatio, imò secundum plures, ne naturalis quidem noscatur, detur pœnitentia illi, qui ante implementum à cõtractu uolet recedere, d.L. si pecuniam, d.L. ex placito. In cõtractibus nominatis non conceditur pœnitentia: Tenentur etiam partes seruare contractus, nisi communi consensu rescindantur, L. ab emptione eod. Nam natura cõtractuum hæc est, ut ab initio sint uoluntarij, ex post facto sint necessarij, L. simul inf. de actio & oblig.

187. † Tertia sit differentia, † ut licet pactum capiatur in genere & in specie, tamẽ in dubio intelligatur de pacto nudo & non uestito, quia illud propriè non est pactum, L. hoc legatum, ff. de Leg. 3. ut dicebat Cagnol. hic. sed ista ratio mihi non satisfacit, Et dicunt etiã

recen=

recentiores Bononi. hic. Cum contra ctus nominati in genere sint species pactorum, quælibet autem species pro prie continetur sub genere, prout te= statur d.L.i.de Testament. sed alia ra= tione comprobatur illorum senten= tia, quia cum unum idemq; accipi po= test in genere & in spec. in dubio sem per accipiendum est in specie, & non in genere, ut dicit Bart. in Rub. solut. matri. Atq; ex his infertur ad iura mu= nicipalia, facientia mentionem pacto= rum, ut intelligantur de pactis nudis & non de uestitis, siue per stipulatio= nem siue per alia uestimenta.

† Quarta differentia sit, ut si stipula tio interueniat in contractu innomi= nato, contractus natura mutetur in contractum stipulationis, propter in= nominatorum contractuum imbecil= litatem, ut colligitur ex dicta L. ex pla= 188.

cito,

cito. Si uero nominatis contractibus ſtipulatio apponatur, non immutet eorum naturam, ſed ipſa nominatorũ contractuum naturã induat, L. ſi ſtipulatus & ibi gloſ. de uſur. L. damni infecti quidem, de dam. inſe. L. v. §. conuentionales, de uerb. obligat. Tunc uerò ſtipulatio hoc efficit, ut ex eodem contractu naſcantur duæ actiones, actio ex ſtipulatu & actio bonę fidei ſi contractus ceſſet. Qui autem ſint contractus bonæ fidei. notum ſatis eſt, ex d. §. actionum, Inſt. de actio.

Plures differentias hic referre, quibus contractus nominati ab innominatis diſtinguntur, Plura etiam ad cognitionem pactorum ualde utilia uobis proponere potuiſſemus: ſed temporis anguſtia excluſi, ita rẽ perſequi non poſſumus, quemadmodum propoſueramus. Hoc tamen in hac Ru-

brica